





49  
SAM. FRID. WILLENBERGII D.  
JURIS ET HISTORIAR. PROFESSORIS  
ET ATHENAEI GED. INSPECTORIS

DE

1742  
PRINCIPE  
HUMANIS LEGIBUS  
SOLUTO,

Hs 1054  
SED

ILLIS SE SUBMITTENTE.  
DISSERTATIO JURIDICA.

---

G E D A N I,

TYPIS ET IMPENSIS THOMÆ JOHANNIS SCHREIBERI  
MAGNIFICI SENATUS ET ATHENÆI  
TYPOGRAPHI

MDCCXLII



JAM TIBI WILHELMUS

DEI ET ALII PROFESSORIS  
ET ACADEMICI

PRINCIPALE

HUMANIUS REBUS

SOLUTO.

ILIS SUBMITTENTE

DISSERTATIO JURIDICA

DE

ERRATA

IN TIBI JOHANNIS CHRISTIANI  
DEI ET ALII PROFESSORIS

WILHELMUS

106  
107





## *Præfatio ad Lectorem.*



In Disciplinis, in quibus de obligatione Legum agitur, non ultimum locum occupat doctrina: Principem, qui summam in territorio tenet potestatem, à vinculo legum humanarum solutum esse, insignioris tamen virtutis exemplo se ipsum illis obsequentem exhibere, ut ad benè agendum cives suos invitet.

Ea fundamentum in variis, non adeo tritis, nec tamen fatis excuffis, casibus est, quod recto stare possint talo, &, velut ex indubitato principio, rationem justitiæ consequi. Quorum casuum, ne ab otiosis horis ætatem, utilibus occupationibus addictam, distrahi permetteremus, selectum quendam numerum hic exhibere in animum induximus. Et quidem in ordine, ut, præmissis quibusdam juribus, quæ Principis sunt, ejusque obligatione erga leges sui Superioris, primùm illos proponeremus, in quibus ad leges suas obligatio ab eo exigì nequit; deinde de illis diceremus, quando se humanis legibus obnoxium profitetur. Hæc pauca tantisper accipiat benevolo animo Lector, donec ad plura in lucem proferenda tempus occasionem monstraverit, quem interim benè valere jubemus. Dab. Gedani Mense Majo Anni MDCCXLII.

Q. D. B. V.

## Q. D. B. V.

## Dissertationis MEMBRUM I.

De

*Juribus Principis, eoque Legibus obstricto.*

I.

**P**ostquam homines in civitatem coaluerint, quod an ex *Civitate* metu mali factum, an indigentia causam condendis *bus consti-* civitatibus dederit, an vero sint illæ a violentia & *litis opus* bidine imperandi deducendæ, multis docere hujus loci non *fuit Impe-* est, vid. Hert. in *Opusc. Vol. 1. Diss. de Modis constituend. ci-* rantibus, *vit.* Huber *de Jure civit. lib. I. Sect. 2. cap. 1. seq.* *Illustr. & quidem* Böhmer in *Introd. in Jus publ. Univ. Part. special. l. I. cap. 1. cum summo* fieri aliter non potuit, quam quod Imperantes quoque con- *imperio.* stituerentur, qui, quod ad ordinem civitatis, ad promo- vendam civium salutem requiretur, aliis imperarent, hi dicto audientes essent & imperata facerent. Summum autem hoc in civitate imperium dicendum est, simul & unicum, quia si plures summæ potestates in una civitate conderentur, sæpe contraria ab his imperata fluerent, quæ obligationem & coactionem, velut effecta summæ potestatis, labefactarent, consequenter efficerent, ut summa potestas esse desineret. Non uno tamen modo summum illud imperium in qualibet *Diverso* civitate exerceretur. In uno loco conjunctim pluribus com- *tamen mo-* petit. Et vel Optimatum ac potentiorum in civitate civium *do.* est, inde forma Reipublicæ *Aristocratica* dicitur; vel omnes Patres familias in exercitio jurium majestaticorum concurrunt, quæ forma regendi *Democratia* nomen habet. In alia civitate summum imperium collatum est in unum, & hæc Respublica *Monarchia* appellatur.

A 3

II. Qui

*Qualitas summi* II. Qui libertatis amantes sunt, ex his formis Aristoteli *Imperii* in haberi potest, sine tyrannidis & confusionis periculo. Alii *Aristocrata* pro Democratia calculum ponunt, ob aequalitatem & libertatem, quippe, nulla habita ratione dignitatis, quilibet habilis ad imperandum admitti potest. Vid. Sambucus in *Descript. Hungar. ap. Bonfin. p. 557.* Burnet in *seiner Reise Ep. 2. p. 175.* Qualis qualis vero esse reputetur status harum Rerum publicarum, semper tamen penes ipsam civitatem summum imperium manet, quia hoc, quod condit civitas nemini subiecta, proprium ejus est, & non extranei, cui forma administrandi nihil addere, nihilque detrahere potest. Inter plures conjunctim una quoque summa saltem potestas est, & plures illa personae pro una tantum persona morali aestimantur, in qua summa illa potestas haeret. Consequitur, singulos, etiam ex primoribus, civitatis legibus subesse, ad quas suas tenentur attemperare actiones. Si in eas deliquerint, supremo juri totius civitatis, ut puniantur, subjiciendi sunt. Et si omnes Optimates hostilem animum in universos cives induerint, in illos, ut Reges tyrannos, jus belli, pro sui conservatione, civibus non denegandum erit. Ex dictis his patet: in hujusmodi Rebus publicis singulos cives esse, non imperantes, quorum quilibet majestatem sibi asserere, aut in eorum unum vel alterum crimen laesae majestatis committi posset. Conjunctim enim, & per majora vota, quae jura majestatis sunt, ab illis quoque exercentur, & conjunctim in illis laeduntur. Dn. Böhmer *d. l. cap. 3. §. 19. & 21.* Henric. Köhler in *Jure Sociali & Gent. Specimin. 6. §. 1432. seqq.*

*Argumenta pro* III. Econtrario non desunt alii, qui inter formas *Monarchia* esse statuunt Monarchiam. Argumentis utuntur, quod in ea celerius negotia expediuntur, unus sit, cui habentae regni commissae, idemque talis maneat, ac ab assiduo usu majori experientia instrui possit, Remque publicam, ut propriam magis cordi habeat, cum alii magistratus, quando vix regere ince-



inceperunt, a cura ejus secedant. Insuper Monarchia omnium formarum antiquissima sit, a qua reliquæ ad imitationem moventur, hinc ab antiquitatis suæ splendore Monarchis quoque maxima veneratio & majestas accedat. Lips. *in Monit. & exempl. polit. lib. 2. cap. 1.* Arniseus *de Republ. lib. 2. Sect. 1.* add. Salmas. *in Defens. regia cap. 5. p. m. 136.* Sic quæ sit optima Reipublicæ forma, diversis doctorum opinionibus contenditur, nec una est sententia, qua ea definiretur. Inspicienti tamen rem penitus haud diffiteri licebit: in qualibet Republica præ altera & commoda & vitia ac morbos reperiri. Inde ex comparatione commodorum & incommodorum de præstantia alicujus harum formarum dicendum videtur: eam esse ex utilitate subditorum æstimandam, & si major in subditos ex ea redundet utilitas, ac minoribus illi, quam in alia republica, graventur incommodis, eam esse alii formæ præferendam. Cæterum boni civis est, præsentem statum, quamvis non omni ex parte probum, boni consulere, & eum in æquiores partem accipere, quia sine majori malo mutari non potest. Gruter *Disc. 3. ad Tacit. Huber d. l. lib. 1. Sect. 7. n. 6. seqq.*

IV. Qui solus in civitate in res & personas summa potestate gaudet, ab eminentia sua PRINCIPIS titulum habet, *Monarchæ nomen* quamvis ille, olim & nunc, etiam aliis personis, qui principis num in aliquo ordine locum obtinuerunt, non denegatus *tribuitur.* fuerit. Schmidelius *in Observat. ad Buxhornii Diss. de Romano Imp. p. m. 486.* Ita Primarii domus majorum suorum in Populo Israelitico Principes appellati, Principes tribuum. *Numer. VII. 2. 10. 18. 24. & X. 4.* Etiam ab ea potestate Dux vocatur. Germanis ille ein Fürst *1 Chron. XII. 2 XVIII. 7. 2 Reg. XX. 5.* hic ein Herzog *2 Sam. V. 2.* vid. Limn. *in Jure publ. L. 1. cap. 2. & 3.* Höping. *de Jure Insign. cap. 22. n. 83. seqq.* Equidem alia, quoque & magis specialia nomina, pro diversitate territoriorum, Monarchis tribuuntur, dum alii Imperatores, alii Reges, Electores, Archi Duces &c. salutentur, prout superior territorii aliis in Orbe Principibus

inceperunt, a cura ejus secedant. Insuper Monarchia omnium formarum antiquissima sit, a qua reliquæ ad imitationem moventur, hinc ab antiquitatis suæ splendore Monarchis quoque maxima veneratio & majestas accedat. Lips. *in Monit. & exempl. polit. lib. 2. cap. 1.* Arniseus *de Republ. lib. 2. Sect. 1.* add. Salmas. *in Defens. regia cap. 5. p. m. 136.* Sic quæ sit optima Reipublicæ forma, diversis doctorum opinionibus contenditur, nec una est sententia, qua ea definiretur. Inspicienti tamen rem penitus haud diffiteri licebit: in qualibet Republica præ altera & commoda & vitia ac morbos reperiri. Inde ex comparatione commodorum & incommodorum de præstantia alicujus harum formarum dicendum videtur: eam esse ex utilitate subditorum æstimandam, & si major in subditos ex ea redundet utilitas, ac minoribus illi, quam in alia republica, graventur incommodis, eam esse alii formæ præferendam. Cæterum boni civis est, præsentem statum, quamvis non omni ex parte probum, boni consulere, & eum in æquiores partem accipere, quia sine majori malo mutari non potest. Gruter *Disc. 3. ad Tacit. Huber d. l. lib. 1. Sect. 7. n. 6. seqq.*

IV. Qui solus in civitate in res & personas summa potestate gaudet, ab eminentia sua PRINCIPIS titulum habet, *Monarchæ nomen* quamvis ille, olim & nunc, etiam aliis personis, qui principis num in aliquo ordine locum obtinuerunt, non denegatus *tribuitur.* fuerit. Schmidelius *in Observat. ad Buxhornii Diss. de Romano Imp. p. m. 486.* Ita Primarii domus majorum suorum in Populo Israelitico Principes appellati, Principes tribuum. *Numer. VII. 2. 10. 18. 24. & X. 4.* Etiam ab ea potestate Dux vocatur. Germanis ille ein Fürst *1 Chron. XII. 2 XVIII. 7. 2 Reg. XX. 5.* hic ein Herzog *2 Sam. V. 2.* vid. Limn. *in Jure publ. L. 1. cap. 2. & 3.* Höping. *de Jure Insign. cap. 22. n. 83. seqq.* Equidem alia, quoque & magis specialia nomina, pro diversitate territoriorum, Monarchis tribuuntur, dum alii Imperatores, alii Reges, Electores, Archi Duces &c. salutentur, prout superior territorii aliis in Orbe Principibus

cipibus notum fecit, quo in dignitatis gradu deinceps honorari malit. Illustr. de Ludwig *Tr. de Auspic. Regum cap. 1. §. 11. & cap. 3.* Generale tamen nomen Principis nondum ab illis remotum esse, patet ab exemplo Populi Israelitici *Hoseæ III. 4.* Imperatoris Romani, qui non uno in loco Romani Juris Princeps appellatur *Proem. Inst. & §. 3. de Jure nat. Gent. & Civ. L. 31. ff. de Legib.* Statuumque Imperii in Germania Petr. Gregor. Tholosan *de Republ. Lib. 6. c. 4. n. 1.* ac adhuc communis formula loquendi superest; quod Imperator, Rex aut alius Imperans dicatur ein grosser, ein mächtiger Fürst. A nobis hoc loco nomen Principis adhibere placuit, quando de persona summum imperium tenente verba facere constituimus, quod, licet soluta sit ab obligatione legum humanarum, tamen se illis submittere non dubitet.

*Princeps a civibus* V. Summi Imperii fit particeps Princeps voluntate civium, qui in eum id conferunt, vel simpliciter, & sine reservatione ad obsequium præstandum se obligantes, vel subjectionem suam temperantes, quando ex pristina status naturam potentialis libertate quædam excipiunt & sibi reservant. Priori statem, e-casu absolutam consequitur potestatem, in cujus translationemque vel nem populum consentire posse, vel ideo dubio caret, quod absolutam de libertate, ut jure suo, disponere, & eam, ob repræsentationem vel restrictam majora commoda imminuere ac in alium transferre valeat; posteriori casu, propter vim pacti, illa arctius includitur.

*Modi* dicitur. Præterea ille populi consensus adhuc diverso modo consequens se habet. Quandoque in Principem toties consentit, quodiam eamties, post unius discessum, alius ab eo eligitur, qui modus est vel e- *Electio* dicitur; quandoque summum Imperium in certam familiam transfert, ut, post mortem unius, alius ex ea *successio.* habilis succedat, & modo *Successionis* eo potitur. A voluntate autem populi dependet, an hoc vel illo modo plus juris in Principem suum transferre velit. Hinc interdum filium, præter merita paterna, quæ eum commendare poterant, ex propria sua & innata virtute, ad majus Imperii fastigium evehit, quam pater ante eum habebat. *Grotius de Jure B. & Pac. lib. 1. c. 3. §. 10. n. 3.* Meursius *Rer. Danic. lib. 1. p. 1.* VI.

VI. Ad modum consequendi Imperium referendum *Quan-*  
 etiam est matrimonium, quo mediante id in aliam familiam *doque ma-*  
 transfertur. A tot exemplis Illustrium Personam id extra *trimoni-*  
 dubitationis aleam positum est. Sceptum in regnum Bohe- *um. Exem-*  
 morum obrinuit Albertus II. Archi Dux Austriae, cum con- *pla.*  
 iuge sua Elisabetha, unica Sigismundi Imp. filia Dubrav. *Hist.*  
*Bohem. lib. 28.* Cum Maria, Caroli Ducis Burgundiae filia,  
 per matrimonium Maximilianus I. Imp. in Ducatum Burgun-  
 dicum & Provincias Belgicas jus, quod Socero competebat,  
 consecutus est. *Struv. in Corp. Hist. Germ. sub Frider. III.*  
*§. 52. p. 769. seq.* Cominaus lib. 8. *Comment.* Filius ejus Phi-  
 lippus Ferdinandi Catholici, Regis Hispaniae, filiam Johan-  
 nam in uxorem ducens, per eam jus acquisivit, ut descen-  
 dentes ejus in universam Hispaniam succederent vid. Grego-  
 rii Leti *Leben Kayser Carl des V.* Alter Philippi filius, Ferdi-  
 nandus I. Bohemiam & Hungariam cum Anna conjugē, Vla-  
 dislai Regis horum regnorum filia, pro dote accepit, quan-  
 quam hoc ultimum regnum sine gravi belli discrimine possi-  
 dere non potuerit, de quo Cellarius *Histor. nov. p. 70. seqq.*  
 Pro auctario horum exemplorum addimus Henricum VII. in  
 Anglia ex domo Lancastrensi, qui ultimam heredem Domus  
 Eboracensis sibi matrimonio conjungebat, & hac uxore sua  
 summum ius in bona ejus hereditaria obtinebat, perque eam  
 stitit bella, quae in Anglia inter rubram & albam rosam supra  
 seculum regio sanguini funesta fuerant. *Verulam in Histor.*  
*Henrici VII. p. 997. seqq.*

VII. Non vero tantum per oscula & pacem, sed & per *Etiā*  
 tormenta & vim bellicam Princeps summam in civitatem *vi bellica*  
 consequitur potestatem. Ubi iusta armorum causa est, justus *obtinetur*  
 etiam titulus ea sunt ad illam acquirendam. Nam qui cum al- *Imperium*  
 tero, quem antea laeserat, & cui aequam satisfactionem pra- *sub distin-*  
 stare recusaverat, descendit in bellum, omnes suas fortunas *ctione.*  
 Martis aleae exponit, & eventum belli, qualiscunque fuerit,  
 approbat, nam quilibet prudens, ubi se videt succumbere,  
 leviori modo defungi mavult, nec amplius sibi noxiam esse  
 B ducit,

ducit, in victoris imperium consentire, ut omnem inter-  
 nationem evitet. Pufend. *de Jure Nat. & Gent. lib. 8. cap. 7. §. 3.*  
 Ubi vis bellica injusta est, vitiosè etiam in populum obtine-  
 tur imperium. Quod vitium, quamdiu victor non desinit vi-  
 ctos miserè habere, nec diuturnitate temporis purgatur, nam  
 diuturna ejus possessio nihil aliud est, quam diu continuata  
 injuria. Purgari tamen potest ejus invasio, si superveniat de-  
 victi populi consensus, dum putat, sub novo Rege non mi-  
 nus se felicem fore, ac sub priore erat. Vel quando morte  
 sublatis sunt illi, qui ad regnum videbantur jus quæsitum ha-  
 bere, aut priores domini id pro derelicto habent, vel super  
 regno cum victore paciscuntur. Hac ratione non solum  
 conscientia invasoris tranquillatur, sed & metus injustè in-  
 cussus, quo alias pactam vitatur, & damnum eo illatum re-  
 stituendum venit, tollitur. Pufend. *d. l. §. 4.*

*Vis sum-* VIII. Reali in sensu summa illa potestas, quæ Principi  
*me pote-* in suo territorio concessa, *Majestas* dicitur, nomine, quo  
*statis.* etiam personas Principum adoramus. Selden *de Titulis ho-*  
*norum P. 1. cap. 7. §. 3.* Non, ut honoris titulus, sed ut  
 realis potestas se ea extendit in omnes personas & res, quæ in  
 territorio Principis deprehenduntur, qui illius virtute potest  
 omnes subditorum actiones ad arbitrium suum componere.  
 Quod Princeps vi suæ majestatis facit, de eo nemini homi-  
 num rationes reddere tenetur. Quin ab omnibus sanctus est  
 servandus, imprimis a subditis suis, non tantum si benè offi-  
 cio suo fungatur, sed & si in eos injurius sit, modo absit ho-  
 stilis ejus animus.

*Extendit* IX. Ut omnes hominum actiones & studia ad dupli-  
*se ad sta-* cem statum commodè referri possunt, nempe Pacis & belli,  
*tum belli* ita dicta potestas Principis, se quoque ad utrumque hunc sta-  
*& pacis.* tum extendit. Meminit hujus Imp. Justinianus *pr. Inst.* quan-  
 do dicit: *Imperatoriam majestatem non solum armis decora-*  
*tam, sed etiam legibus oportet esse armatam, ut utrumque*  
*tempus & bellorum & pacis rectè possit gubernari.* In statu i-  
 taque pacis disponere potest circa negotia sacra & prophana,  
 potest

potest convocare synodos & concilia, comitia instituire, privilegia dare, inter subditos jus vitæ & necis exercere, per legatos cum extraneis agere. In bello utitur jure armorum. Potest milites conscribere, fortalitia exstruere, contra hostem cum rigore belli agere, inducias dare, iterum cum eo pacem concludere, de quibus & pluribus jurium majestatis ipieciebus legi potest actum a Zieglero & Arnifæo *Tr. de Jurib. Majest.*

X. Ad jura majestatis pertinet quoque potestas leges *Inprimis* condendi. Condit Princeps eas vel solus, quod potest ex *ad potesta-* competente illa facultate, vel adhibito consilio suorum *Contem leges* filiariorum. Antequam enim subditorum obedientia ex-*condendi.* gatur, sæpe opus est, ut de materia legis in eorum ac Ordinum conventu deliberetur, & Princeps audiat, utrum commoda lex fuerit utilitati publicæ, an simpliciter, an juxta evenientes circumstantias sit promulganda, ne fraudes infecutura eam evertant, aut si hoc fiat, ut contra transgressores poenâ delicto proportionata sit parata. Interim ut Princeps in legibus ferendis Prudentum consilium adhibet, quod facere solet ex regulis prudentiæ, non tamen præcisè ad id obstrictus est, & lex ab eo lata nihilominus vigorem suum accipit, utut neminem in consilium adhibuerit. Ziegl. *d. Tr. l. 1. c. 31. §. 15. & 17.* Dn. Böhm. *in Introd. in Jus publ. Univ. P. Spec. l. 2. c. 3. §. 14. seqq.*

XI. Lex his modis condita Juris humani indolem habet, *Leges hæ* ac expressi vel juris scripti species est. Alia juris humani *vel expres-* species est jus non scriptum, s. tacitum, quod non expresso, *so vel taci-* sed tacito Principis consensu per diuturnos mores intro-*to Princi-* ducitur *L. 32. §. 1. L. 36. ff. de Legib. §. 3. & 9. Inst. de J. Nat. pis consen-* Gent. & Civ. ac Converterudo appellatur. Quia vero hæc cum *su intro-* vi coactiva obligat *d. L. 32. in f. L. 35. ff. eod.* vim juris huma-*ducuntur.* ni non minus habet, ac lex scripta. Modo sit rationalis, seu non ad peccandum inducat *L. 39. ff. d. t.* Nam quæ justitiæ regulis contraria, aut per errorem inducta, in aliis similibus non obtinere, nec in judicando servari debet, sed re-

jienda, & ut iniqua morum corruptela, in universum abolenda est. Vid. Eichel. *de pravis & irrationab. consuet. §. 21. seqq.*

*Necessitas legum.* XII. *legibus viverent, nihil a feris atrocissimis discreparent* ait Plato *Lib. 9. de Legib.* Qui corpus regere debet, quod tot diversis ingeniis compositum, haut aliter ad parendum id cogere potest, quam per leges. Hæ sunt justorum & injustorum regula, ac dici possunt Regina omnium rerum divinarum & humanarum. Sine illis Respublica non diu stare, multo minus florescere potest. Hinc jam veteres dixerunt: animam civitatis esse leges, ac felicem aut infelicem eam evasuram, prout bonis vel malis legibus temperata est. Reinking. *de Regim. Sec. & Eccles. l. 2. Classè. 2. cap. 1. n. 9. seqq.* Ipse DEUS, ut homines ad agendum, quod vellet, obstricto teneret, leges illis præscripsit, quas tum ex concreata ratione, tum ex sua revelatione cognoscere potuerunt. In specie in Republica Judaica, ut Princeps, populo suo dedit ceremoniales & forenses leges, ut cultum sacrum recte perageret, & in Politia ex voluntate sua viveret. Ad exemplum DEI Princeps, qui in his terris Vicarius ejus est, facile intelligit, necesse esse, ut subditis suis leges præscribat.

*Ab ejus voluntate Lex conflat.* XIII. Id autem quod ille vult, imperat, prohibet, permittit vim legis habet, cujus ad obsequium obligatio est, licet nulla ejus appareat ratio *L. 20. & 21. ff. de LL.* Franzk. *ad ff d. t. n. 19. seqq.* Eleganter hoc exprimit Günther *Ligurin. lib. 8. de Reb. gest. Friderici Imp. verbis:*

— — — Pro lege voluntas  
Principis esse solet: quicquid decrevit ille  
Esse ratum mos est & juris habet vigorem.

Vocatur quoque Constitutio Principis, quæ species Juris scripti in Jure Romano est, Placitum Principis, cui vis legis tribuitur in *§. 6. J. de J. N. G. & Civ.* Quia vero fieri potest, quod hoc placitum alio sensu ab aliis accipiatur, quam id condentis intentio fuit; vel quod dubitetur, an casus, de quo agitur, in lege lata comprehendatur, interpretatio aliqua

qua ad resolvendum dubium exortum desideratur. Hanc etiam Princeps interponit, quæ parem autoritatem cum lege nanciscitur, ut iudex obligetur, non aliam, quam secundum hanc interpretationem, ferre sententiam, diciturque ea interpretatio authentica, ab usuali & doctrinali distincta *L. ult. in f. C. de Legib. Christianæ. Vol. 2. Dec. 62. n. 15. Gudelini. de Jure noviss. lib. 5. c. 2. vers. sicut solius.*

XIV. Cum Princeps condat legem, etiam vinculum ejus per dispensationem laxat, & uni vel alteri contra eam gratiam impertit, salva in cæteris manente ejus obligatione, de qua aggratiatione præter Ottonem Philipp. Zepperum, Daniel. Clafium, Lauterbachium & alios vid. Christian Godofr. Hoffmann. *Diss. de Principe ex justis causis aggratiente.* Quin, exigente utilitate aut alia gravi causa, idem legem, quæ diu justa & æqua visa, mutat & abrogat, ut nihil in contrarium valeat: mutatione legum autoritatem earum convelli, subditosque, non sine injuria, vivere compelli sub incerto jure *L. 2. ff. de Constit. Princ. §. 11. J. d. t.* Nec hanc mutandi potestatem sibi ademisse censendus per clausulam legi antea latæ adjectam: *Ut nec abrogari unquam possit*, quia superiorem non agnoscit, a quo in usu hujus suæ potestatis prohiberetur. Subditis autem ob illam clausulam, velut ex aliquo promisso, videri nequit obligatus, quia tantum, mediante ea, seriam suam voluntatem declarare voluit, libertati autem suæ nequaquam derogare ab ea recedendi. Dn. Böhmer. *c. l. Part. spec. L. 2. c. 3. §. 67.*

XV. Quod vero dicitur: *Legis habet vigorem, quicquid Principi placuit*, id, ne nimium extendatur, certis finibus includendum est. Nempe quod dicto illi demum deferendum: si Princeps ex æquo & bono, animo legis condendæ super eo, ubi alias leges ferendi potestatem habet, aliquid jubet & constituit. Sequitur: ergo contra leges divinas nihil eum statuere posse, sed vi legis destitui, quod contra eas constituit. Princeps enim, ut alius homo, DEO æque & ejus legibus subjectus est. Unde sicut inter homines inferior



ferior & subditus nihil contra suum superiorem agere ac statuere potest, ita nec Princeps contra DEum, Dominum Regum. *Daniel 11. 47.* aut ejus leges. Nec obstat, quod ob transgressionem legum divinarum in his terris a nemine judicari aut reprehendi possit, cum Superior deficiat a quo judicaretur. Nam DEi judicio subjectus manet, & quæ contra ejus leges suscipiuntur, non juxta popularis opinionis vanitatem, sed DEi Legislatoris & Judicis voluntatem æstimanda sunt, qui ad quemvis delinquentem puniendum justus & potens est. *Sapient. VI. 5. seqq.* Spener in den Gl. Lehren p. 1305. Arnisaus de *Jure Majest. l. 2. cap. 3. n. 5. seqq.*

*Exempla* XVI. Fluit ex dictis: Principem ad infringendum cultus divinum, ut DEo, juxta suum præscriptum, præstari debet, & ad amplectendum cultum idololatricum legem ferre non posse. Eum nec imperare posse, ut nuntii divini nullam ab ipso legum divinarum obedientiam exposcant, aut pœnæ mentionem faciant, quam DEus contra earum contemptores minatus est, quia hæc imperata contra ipsum DEum sunt, non contra ejus caduceatores. Dn. Böhm. *Tom. 2. Jur. Eccl. Protest. Diss. Prælim. de Jure circa Libert. con-*

*Ejus de-* *claratio.* *scient.* Hoc facere Principi integrum, si in populo sint aperta crimina v. gr. Idololatria, quæ sine magno tumultu hoc tempore extirpari non possunt, ut interea impunita ea relinquat, non quod ea approbet, sed nunc tantum, maioris mali vitandi causa, non puniat! Et si aliquid a jure naturæ permissum, aut certa formâ careat, ut, id quoque per legem suam ad necessitatem deducat & formam negotii præscribat. His enim in casibus nihil contra jura divina committit, sed solummodo circa adiaphora aliquid, quod in ejus arbitrio est, definit, præcipit aut prohibet. *Ziegl. c. Tr. l. 1. cap. 5. §. 7. & 58.*

*Nec con-* XVII. Darur etiam Jus Gentium secundarium, quod *tra Jus* propter communem Gentium utilitatem & necessitatem *Gentium* cita quadam, communi tamen Gentium consensione *re-* *secundari-* *ptum.* Id uti universas Gentes, ad obtinendam illam *utili-* *um statu-* *tatem,* obligat, ita quoque *Gentis* cujusque membra. *Ad* *id*

id mutandum nec Principis potestas se extendit, ut si emen-*endi pote-*  
di & vendendi libertatem, a quo & cui volumus, impedire, *state gau-*  
aut transitum plane innoxium per suum territorium alteri *det.*  
denegare vellet. Grot *de Jure B. & P. l. 2. c. 2. §. 13. & 20.*  
Si tamen fiat, id faciens quietem inter Gentes & commu-  
nem earum commoditatem turbat, quibus, ad illam recu-  
perandam, & harmoniam inter illas retinendam, justam cau-  
sam præbet, ut armis, si aliter fieri nequeat, turbanti se  
opponant, hocque medio sibi competentia & violata jura sua  
vindictent. *Numer. XXI. 21. seqq. Grot lib. 2. cap. 1. §. 2. n. 4.*  
In actibus, qui ad singulorum privatum commodum spectant,  
ut servitutibus, manumissionibus &c. ab uno vel altero mu-  
tatis, videri nequit vis illata juri huic gentium, inde facili-  
us, quod uni vel alteri contra eos placuit, ratum habendum  
erit. *§. pen. Inst. de J. N. G. & Civ. tt. J. de R. D. L. 4. ff.*  
*de Just. & Jur. L. 8. in f. ff. de Acceptilat.*

XVIII. In civitatibus etiam reperiuntur leges funda- *Nec con-*  
mentales, quæ sunt conditiones futuro Imperii Governatori *tra leges*  
propositæ, ut secundum eas regimen suum instituat. Maxime *fundamen-*  
illæ in mutua conventionione pedem figunt, ut, si designato *tales.*  
Principi placuerint, ex illis etiam obligatus fiat. Talis lex  
fundamentalis in Germania est Aurea Bulla Caroli IV. Imper.  
& Capitulationes Imperatoribus designatis præscriptæ. Reces-  
sus Imperii &c. vid. Struv. *in Corpore Jur. publ. Academ. Wild-*  
*vogel de Capitulat. perpet.* In Gallia lex Salica, qua foemi-  
nis in regnum successio negatur, ac alienatio partium regni  
& provinciarum prohibetur, quibus Regis Regnique Galliæ  
incolumitas sustinetur. Conring *de Orig. Jur. Germ. cap. 7.*  
*Autor Comment. de Regno aut Principatu tranquille administ.*  
*contra Machiavell. Comment. I. p. 38. seq.* In Polonia, Dania  
& Svecia sunt pacta conventa, vid. Dn. Lengnich *in Comment.*  
*perpet. ad pacta conventa Augusti III. Regis Pol. &c. Loccen*  
*in Hist. Svecan. Lib. 5. p. 150. 160. seq. 185. seq. lib. 9. p. 755.*  
Nituntur hæ leges juris naturæ & rationis Status vinculo, ob  
fidem de illis servandis a Principe datam. Contra leges fun-  
damen-

damentales statuere aut eas violare non datum est Principi, quia hoc facto non parum fundamenta suæ potestatis subruuntur, & Reipublicæ ruinam acceleraturus esset, quod ipsi in mentem venire non debet. *Carpz. de Lege Regia cap. 12. Sect. 1. n. 36. seqq. & Sect. 2. n. 3. seqq. Huber de Jure Civit. lib. 1. Sect. 3. cap. 5. n. 21.* Si autem talia, contra eum etiam subditorum justam querelam fore, ab exemplo Anglorum constat, qui Jacobi II. Regis contemptum legum fundamentalium regni communicabant Wilhelmo Principi Arausionensi, ut illo uteretur ad justificandum bellum in manifesto suo contra Jacobum II. declaratum apud Burnet in *dei Geschicht. die er selbst erlebet Tomo I. p. 880. & 886. cr. fin.*

*Objec- tum Prin- cipis.* XIX. Enimvero si Principi non licet statuere contra jus divinum, tam naturale quam positivum, non contra Jus Gentium secundarium, nec contra leges fundamentales, qua in re reliqua erit potestas ipsi statuendi aliquid, quod legis habeat vigorem? sunt negotia a lege divina non determinata, ac ad Statum Reipublicæ suæ, tam ecclesiasticum quam secularem, tam publicum quam privatum pertinentia, quæque ejus utilitatem & civium salutem consequendam concernunt *J. I. J. de Jure N. G. & Civ. L. 9. ff. de Just. & jur. supra §. 9.* Hæc, prævia desuper instituta deliberatione, legibus suis determinat. Deliberata & conclusa, ut lex sint, deinde scripto vel voce promulgat, qua promulgatione essentia legis compleri dicitur. Lex enim norma esse debet agendorum. At ut secundum eam agant & vivant, quibus est præscripta, omnino ea in notitiam eorum deducenda est *L. 9. C. de Legib.* Quod adeo verum est, ut, si dicamus, legem ferè per totam regionem esse publicatam, non tamen in hoc vel illo loco, urbe aut vico, fortè ex apparitorum incuria, obligatura quidem sit locorum cæterorum inhabitantes, apud quos facta est promulgatio, illos tamen minimè, in quorum loco promulgatio neglecta fuit. *Joh. Voet. Comm. ad ff. tit. de Legib. §. 9. & 10.*

XX. Leges a Principe promulgatæ hunc effectum for- *Sunt mul-*  
 tiuntur, quod, quibus sunt datæ, obligent, & contra refra- *le absque*  
 ctarios vim coactivam habeant. Tamen si quoad virtuosos *obligatio-*  
 hac coactione opus non sit, qui amore virtutis voluntatem *ne.*  
 Legislatoris adimplent, quia tamen contranitentium major  
 numerus est, ad rectiora legibus eos cogi necesse est. Im-  
 perfecta lex esset, si, quod fieri iussit, non factum non vin-  
 dicaret, aut factum, quod prohibuit, haut puniret, illud  
 rescindendo, vel pœna in contrafacientem statuta. Anton.  
 Faber in *Rational. ad L. 7. ff de Legib.*

XXI. Cæterum cum imprimis leges humanæ tendant ad *Ease ad*  
 salutem inter cives stabiliendam & conservandam, illas DE- *conscienti-*  
 us ipse non potest non approbare, ut media, quæ necessa- *am subdi-*  
 ria sunt ad illam obtinendam. Consequenter, quia cum his *torum ex-*  
 legibus divina quoque voluntas concurrat, etiam subditi *extendit.*  
 illis in conscientia obligantur. Si dicto audientes non fue-  
 rint, & maximè clam obstiterint illis, ut magistratui diffi-  
 cile fuerit in eorum delicta inquirere, rei tamen fiunt, &  
 pœnæ tam divinæ, quam in lege Principis dictatæ expositi.  
 Struv. *Synt. Jur. Civ. Exerc. 2. th. 13.* Stryk. *de Foro consc.*  
*cap. 2. n. 3. seqq.* Sanè quia humanus Legislator DEi mini-  
 ster est, & DEus erga præcepta ejus subditis obedientiam in-  
 junxit, ipsi DEo, qui jus in conscientiam habet, resistere  
 intelligitur, qui ministri sui legibus non obtemperare ausus  
 fuit. *ad. Rom. XIII. 1. Numer. XII. 8. Reinking. c. l. cap. 5. n. 70.*

XXII. Vis tanta humanis legibus inest, ut obligent, li- *Et ma-*  
 cet sint duræ, si modo ex verbis indubitanter de mente ea- *net, licet*  
 rum constet, ac casus in lege, secundum terminos proposi- *Lex sit du-*  
 tos, expressè decisus deprehendatur, quia subdito non con- *ra.*  
 venit censere legem, sed secundum eam agere. *L. Prospexit*  
*12. ff. Qui & a quib. manum. lib. fiunt.* Arnold. Vinn. *Select.*  
*Jur. quest. lib. 1. cap. 2. Rhet. Medit. Instit. Diff. 2. §. 14. &*  
*Diff. 30. §. 16.* Dantur quoque leges inexorabiles, ita dictæ, *Vel ine-*  
 quod ab earum observantia nemo immunitatem sperare vel *xorabilis.*  
 obtinere debeat. INEXORABILIS legis fit mentio in *L. fin. C.*

C

de

*de Tabular. lib. 10.* per quam personis vel rebus subjectorum imponitur, quod non auditi fortunam suam subire & publicis necessitatibus subicere teneantur, cum usui publico nihil detrahi conveniat, sed ille semper sanctè & integrè conservandus sit. add. *L. fin. §. 4. C. de Tempor. appellat.* Hæ leges inexorabiles a duris distinctæ esse possunt, quod hæ quandoque cum iniquitate conjunctæ sint, illæ non æquè, cum tantum firmitatem propositi præ se ferant, a qua nullis rationum momentis se dimovere lex patietur. Talem legem inexorabilem quandoque Princeps statuit, quando, remotis omnibus intercessionibus, se sua Edicta non mutaturum esse asseverat. Inexorabilis dici potest Judex, qui juxta *L. 19. ff. de Offic. Præsid.* præcibus & lachrymis calamitosorum se non cessurum esse, ut juris observantiam pervertat, sibi proposuit. Et alius quilibet constantis & recti animi vir ita dici potest, qui, justis & æqui præceptis inhærens, se inflexibilem ostendit, in casu, quando se offert occasio contra illa agendi.

*Duræ & injustæ legi non parendum.*

XXIII. Interim per nimium duras leges, ad prementendos subditos sine causa latas, ipse Princeps peccat. Quod si simul injustæ sint, & subditis ad delinquendum præscriptæ, v. gr. ut DEum blasphement, parentibus maledicant, &c. illis meliorem jure obsequium detrectare possunt. Benè enim inquit Augustinus, multis verbis relatus a Tholosano *de Republica l. 7. c. 20. n. 5. Non semper malum est, non obedire præcepto; cum Magistratus jubet ea, quæ sunt DEo contraria, tum ei obediendum non est; si aliud jubeat Imperator, & aliud DEus, dicas: da veniam O Imperator, Tu carcerem, DEus gehennam minatur.* Et cum illo Maccabæo subditus audacter respondebit: *Paratus sum, mori potius, quam legem DEI transgredi 2. Maccab. VII. 2.* add. *Act. V. 29.* vid. Reinbec. *ad August. Confess. P. 3. Observ. 40. §. 75. p. 450.* In lege hac injusta tale quid est, quod sui natura turpe & voluntarij supremi omnium hominum Legislatoris adversum, adeoque non faciendum, supra *§. 14. seq.* In lege ex parte subditi tantum dura nulla versatur turpitudine, sed in nudis terminis passivis is obedientem sese exhibere tenetur. XXIV.

XXIV. Obligatio, quæ ab humano Legislatore profi- *Subditi*  
 ciscitur, ipsius subditos respicit, qui dum in ejus imperium *sunt*, quos  
 consenserunt, quod sine legibus stare nequit, 'in hoc quoque, *lex huma-*  
 quod illis imperavit, consentire censentur. Omnes autem, *na obligat.*  
 sine discrimine status, sexus, ætatis ad obsequium legis te-  
 nentur. Nec clerici ab ejus vinculo exempti sunt. Nam ex  
 V. T. de eorum subjectione constat, siquidem Moses in ex- *Etiam*  
 cessus sacerdotum animadvertit *Levit. X. 6. 7. 16. seqq.* Da- *si sint cle-*  
 vid & alii populi Israelitici Reges sacerdotes imperio suo sub- *rici.*  
 jecerunt *2. Sam. XV. 24. seqq. 1. Reg. II. 26. seqq. 2. Chron.*  
*XX. 17. Nebem. XIII. 4. 28. seqq.* De summi sacerdotis sub-  
 jectione dictum *Tr. de Excess. & Pæn. cleric. §. 6.* In N. T.  
 ipse Salvator cum suis Apostolis Imperatorum potestati sub-  
 jectum se esse agnoscebat. *Matth. XVII. 27. Joh. XIX. 11.* ac  
 in Christum sibi competere potestatem Pilatus, interrogans  
 eum: *an nescis, quod habeam potestatem Te crucifigendi, &*  
*habeam potestatem Te dimittendi?* *Lucæ XIX. 10.* ajebat. Pau-  
 lus docet: *Omnis anima*, a qua se clerici non eximunt, *po-*  
*testati seculari, cui gladius commissus, subiecta sit Rom. XIII.*  
*1. seqq.* Hæc clericorum subjectione nec Juri Canonico inco-  
 gnita est. Rogatur enim Princeps, ut suam gratiam & cha-  
 ritatem in clericos vertat, & in omnibus sua protectione eos  
 custodiat in *c. 9. & 15. Dist. 63.* Pluribus de hoc argumen-  
 to consulendi de Coccej. *Diss. de Fundata in territ. & plur.*  
*loc. concurrent. potest. tit. 3.* Thomæ. *de Foro compet. & sub-*  
*ject. cler. sub potest. civili.* Rhode *de Cleric. Judice seculari.*

XXV. Subditorum numero ex laicorum ordine omnes *Princi-*  
 sunt jungendi, qui in Principis territorio vivunt, etiam si *pis uxor &*  
 singulari dignitate præfulgeant, quia omnes Imperium ejus *cognati.*  
 agnoscunt. Unde ipsa Augusta Principi marito subiecta est,  
 qui in eam, propter crimina commissa, jus quoque vitæ &  
 necis exercere potest. Equidem ea socia matrimonii est, non  
 tamen socia imperii. Nec hujus particeps dicenda ob *L. 31. ff*  
*de Legib.* ubi dicitur: *Augusta licet legibus soluta non sit,*  
*Principes tamen illi eadem privilegia tribuunt, quæ ipsi habent*

nam verba hæc non de majestate, sed de communicatis utilitatis & dignitatis privilegiis accipienda sunt, quorum species exhibet Ahasv. Fritsch *in Opusc. var. Tr. 18. de Augusta Rom. Imperatr. cap. 6. & 8.* Sunt porro Principis subditi ejus parentes, liberi, aliique de familia regia agnati *1. Chron. XXX. 24. Feltman. Comm. ad ff tit. de Legib. L. 31. n. 30. seq.* Quoad parentes facienda distinctio quædam inter potestatem domesticam & publicam. Illam quidem patri in filium regentem competere non dubitandum, quoad hanc vero pater filio subjicitur. de Coccej. *de Justit. belli & pac. in statu Regni Portugall art. 1. qv. 3.* Et hac potestate usus Ludovicus XIII. Rex Galliarum, cum matrem Mariam Mediceam, propter dissensiones in regno excitatas, ire juberet in custodiam Gramond. *Hist. Gall. l. 3. p. 222.* Ita regia potestate in filium Carolum usus Philippus II. Rex Hispaniarum, qui jussit eum in carcere obruncari. Strada *de Bello Belg. Decade 1. lib. 7. p. 377.* In Condæum Principem & alios agnatos regii sanguinis Rex iridem Galliarum summa sua potestate usus est. Priolus *de Reb. Galliarum lib. 5. Gramond. d. l. lib. 2. p. 127. seq.*

Et ipse **XXVI.** Ad ipsum Principem pergo, & cum nec suis se Principibus solum esse dico, postquam se imperio abdicavit, & cæps post-alius successor in ejus locum constitutus est. Imperio enim quam se se abdicans non amplius in pristino suo axioma considerari imperio potest, sed in subditorum ordinem devenit, cum in Monarchia unus solus Imperans sit, reliqui omnes subditi. Finge: abdicantem antea tulisse leges, quas successor, nisi ex gravi causa, non mutat aut abrogat, quin, quia inter antecessorem & successorem unum idemque est imperium, eas potius in viridi observantia conservat. vid. Reinking. *de Regim. Sec. & Eccles. lib. 1. Classe 3. cap. 10. n. 36. seqq.* si reus delicti factus fuit, rectè, ut alius subditus, a præsentè Rege pœnæ subjici potest. Ob memoriam quidem pristinae dignitatis & meritorum suorum honor adhuc & reverentia abdicato Principi non deneganda erit, cui propterea a nunc regente Principe gratia quoque fieri potest, si fortè ob excessum suum pœnam

poenam meruit, juxta leges suas tamen dignus poena æque judicandus erit, ac alius delinquens. conf. *Diss. nostra de Veneratione erga Princip. imper. se abdicant.*

## MEMBRUM II.

De

*Principe humanis Legibus soluto.*

XXVII.

Quid autem! an ipse Princeps quoque, qui in sua purpura constitutus est, ad humanas leges obligatus erit, ut *men Prin-* vivere eum secundum illas oporteat? pro affirmativa sententia *re-* contendi potest argumento: *quod tibi non vis, nec alterigen-* *facias, & iterum: quod vis alteri, & tibi quoque velis, ut,* qui alteri dedit legem, eam sibi quoque dedisse censeatur. Quorsum inclinatur etiam Ausonii in Pythæi sententiis dictum:

*Pareto legi, quisquis legem sanxeris.*

Verum non ignotum immotum illud Juris naturæ principium est, non alium per legem obligari, quam qui in se eam condentis agnoscit potestatem: Ipse autem Princeps non agnoscit talem in se potestatem, nec sine contradictione eam habere potest, cum ita sibi se ipsum obligaret, & se ipsum cogeret. Proinde tale stat conclusum: ergo supra leges humanas Princeps est, & tam suis, quam antecessorum suorum legibus solutus vivit. Gavisi sunt hac præ eminentia Reges *Exempla* Israelitarum in V. T. qui ne quidem in summo Synedrio *Regum su-* veniri, aut ob excessum reprehendi poterant. Rex in *praLL. hu-* populo Judaico a nemine judicabatur *Psal. LI. 6.* Lundius *manas po-* in *Jüdischen Heiligthüm. lib. 3. cap. 16. n. 2. seqq.* Apud *sitorum.* Ægyptios quoque Reges humanis legibus soluti erant, quod *Pha-* *raonum,* commune eorum nomen indicabat, quo Persona exhibebatur, nullo juris vinculo ligata. Rambach in *Histor. Eccl. V. T. Tomo I. p. 561.* Imperator Antoninus Philoſophus,

C 3

ex



ex hoc laudandus, quod Tyrannorum hostis, sed & juris sui tenacissimus fuerit, dicere solitus est: *Nemo nisi solus DEus iudex Principis esse potest* apud Grot. *de Jure B. & Pac. l. 1. c. 3. §. 8. n. 10.*

*Solutus* XXVIII. Procedit prolata sententia tam de vi coactiva, est *P. legi-* quam directiva indistinctè. Nulla enim harum inest legi, *bus huma-* quâ cogeretur aut animus Principis dirigeretur ad observan- *nis tam* dam legem humanam, siquidem vis talis ad cogendum vel *quoad vim* dirigendum superiorem requirit, qui nullus est in civitate *coactivam* supra Principem. Penes hunc vero cum sit solummodo in *quam dire* civitate suprema potestas, nec legum obsequium in eum ca- *ctivam.* dere potest, quin si caderet, non amplius penes eum ista potestas esse posset, sed desisset. Quanta vis legi inest, ab arbitrio Legislatoris dependet, qui autem se ipsum legi suæ submittere noluit. Rectè hinc philosophantur Romani ICI in *L. 31. ff. de Legib. Princeps legibus solutus est & in L. 51. ff. de Recept. qui arbitr. recep. Neque autem imperare sibi, neque se prohibere quisquam potest.* Nec pro contraria sententia facit: eum tamen, qui alteri dedit legem, videri quoque eandem sibi dixisse. Nam hoc ad eos referendum, qui ejusdem juris communione utuntur. Ad eos, qui hanc cum aliis habere nolunt, non pertinet. vid. Budd. *Diss. de Principe legibus humanis, sed non divinis soluto.* Graswinckel *de Jurib. Majest. cap. 6. p. 41. seqq.*

*Soluti* XXIX. Stante sententia: Principem humanis legibus *Principis a* solutum esse, ea pro regula & justo principio agnoscenda *lege exem-* erit, ex quo rectè ad varios casus conclusiones formandæ. *plum* in Ad sanctificandum diem cultui divino destinatum divina lex, *præceptis a* ut omnes homines, ita & Principem obligat. Præter illum *se feriis sa-* diem etiam extra ordinem a Principe feriæ sacræ constituuntur, *cris.* ob belli calamitates, grassantem pestem, aliamque causam vid *infr. §. 54. &* ut eo sanctius divinus cultus peragatur a subditis, jejunia simul illis injunguntur. Dn. Fleischer *in der Einleit. zum Geistl. Recht L. 2. c. 2. §. 24. seqq. & lib. 3. c. 1. §. 21.* Ab hac jejunandi necessitate Princeps, quia dominus legis

legis est, se merito eximere, & modico cibo, etiam subditis negato, uti poterit. Si abstinentiam a cibo sub pœna injunxit, quia excessus in cibo & potu in Principe hoc tempore, non, ut in subditis, minus in virtutibus spontè excolendis exercitatis, præsumitur, par erit, ut contra hanc legem sibi libertatem a pœna dictata indulgeat.

XXX. Lex lata est de præscribendis rebus alienis, ut earum dominium extra dubium sit, & domini ob negligentiam earum puniantur. Subditi alicujus per longum tempus nullas collectas præstiterunt, an Principem ex lege præscriptionis obligatum tenebunt, ne amplius collectas & tributarum ab illis exigit? immunitatem hanc a præstandis collectis per præscriptionem quæsitam multis argumentis tuetur, & ad contraria respondet Ferdinand. Christoph. Harprecht in *Tr. jurid. de Præscript. a collect. cap. 2. §. 2. seqq.* Verum ex sæpe adducto fundamento: quod Princeps se sua lege non possit obligare Grot. *l. 2. c. 4. §. 12. n. 1.* sententia negativa præferenda nobis est. Eam insuper corroborat, quod jus tributa exigendi pars sit competentis majestatis, cujus splendor & præ eminentia nullo subditorum facto obfuscarî aut avverti potest, id ergo quod ei subtractum, semper tamen majestati annexum manet, & factum revocari potest. Esto, quod præscriptio juris gentium sit, ex quo etiam Principes judicantur; hic enim negotium non inter diversas gentes est, quas ex eo inter se obligatio tenet, sed inter Principem & subditos in una civitate degentes, quod, ob disparem respectum vinculum inducere nequit Thomas. *Diss. de Præscript. regalium ad jura subditorum non pertinente cap. 3. §. 2. seqq.*

XXXI. Principis lex est: de matrimonio non sine prævia proclamatione & benedictione contrahendo, alias effectus legitimi matrimonii careat. Ad hanc legem Princeps non obligatus est, qui id sine proclamatione, vel, loco trina, una tantum adhibita, ipse contrahere, vel subditis suis ad ita contrahendum licentiam dare potest. Ut tamen constet de personis desponsatis, quod propinqua consanguinitas aut re, & aliud

*is permit- aliud impedimentum illis non obstat, ob quod matrimoni-  
tere.* um contrahere impediuntur, nam omnis forma id contra-  
hendi ab arbitrio Principis dependet. Haveman *in Gamol. Synopt. lib. 2. tit. 11. pos. 1. n. 4.* Beyer *ad Carpz. Jurpr. Eccl. Lib. 2. def. 141.* Petr. Müller *de Hierolog. Sect. 4. th. 3.* Hierologia jure divino nullibi præscripta legitur, nec ubique inter Protestantes, ut in Belgio, ad substantiam matrimonii requiritur, sed ibi sub attestatione magistratus legitimum contrahi potest matrimonium vid. Brouwer *de Jure Connub. cap. 27. n. 23.* Arnold *in Delineat. primor. Christianor. lib. 6. cap. 1. §. 8.* Dedeken *Consil. Theol. Part. 3. lib. 2. sect. 1. n. 41.* Casus matrimonii a Principe sine benedictione sacerdotali, & inter privatos quoque, ex ejus dispensatione legitime contracti, penè multos exhibet Excell. Dn. Sahme *Disp. de Matrim. absque bened. sacerd. legitimo §. 4. seqq.*

*Casus de-* XXXII. Existit casus: Principem diversæ a se religionis  
*clarati* uxorem ducere velle. Hierologiam a suo sacerdote fieri cu-  
*P. matri-* pit, sed sponsa ejus contradicit, & a sua religionis ministro  
*monii sine* copulari postulat, inde dissensus animorum, & mora in con-  
*benedictio-* summando matrimonio. Ut hoc obstaculum removeatur,  
*ne sacer-* Princeps statuit: matrimonium hoc sine sacerdotali copula  
*dotali.* valorem suum habere debere, cum id ex mutuo desponsatorum consensu jam constet, & Princeps supra legem sit, qua illa benedictionis sacerdotalis ceremonia fuit introducta. Quo jure id in dubium vocari posset, quod non legitimum matrimonium sit, & pares cum matrimonio per sacerdotalem copulam consummato effectus habeat, doceri non potest. vid. Dn. Sahme *d. l. §. 13.*

*Argu-* XXXIII. Visum mihi ex hoc principio *Matrimonium*  
*menta pro* Conscientiæ, quod Gallis *Mariage de Conscience* appellatur, ut  
*Matrimo-* legitimum defendi posse, de quo in peculiari Dissertatione  
*nio consci-* Anno 1719. egi, quam deinde *Selectis meis Juris matrimo-*  
*entia.* nialis adjunxi, & ibi *cap. 5.* exhibui. Definivi illud, quod sit: *Conjugium occulta conjugum fide, de qua aliis non constat, in finem veri conjugii contractum, ut conjuges indissolubili vinculo*

*vinculo sibi invicem cohabitent, de mutua tamen fortuna non participant, neque liberis ex se natis jura aliorum liberorum permittant.* Iuxta Ordinationes ecclesiasticas non negavi, hoc matrimonium, etiam in terris Protestantium, rationem veri matrimonii non habere, quia juxta illas ad substantiam talis matrimonii requiritur, ut consensus matrimonialis palam coram sacerdote declaratus, & id per benedictionem ejus consummatum sit, unde & ex illo matrimonio nullos veri matrimonii effectus, tam quoad conjuges, quam liberos ab illis procreatos oriri posse. Nihil tamen illi, quod veri matrimonii de jure divino est, decedere probavi, quia in eo jure ad substantiandum matrimonium mutuus conjugum consensus sufficit, qui etiam in Matrimonio conscientia adest, 2 illud non ad tempus, sed in individuum vitam consuetudinem contrahitur, 3 dicto jure sacerdotalis copula nullibi desideratur, sed homines tantum agnoscit autores *c. 1. C. 30. qu. 5. Nov. Leon. 89. Kranz. in Hist. Eccles. Sec. II. cap. 1. §. 3.* quin nec in omnibus Protestantium Ecclesiis ea hodie necessaria est, 4 disparitas status & dignitatis inter conjuges, inter parentes & liberos tantum ab jure humano provenit, quæ nihil ad substantiam matrimonii confert, nihil ei etiam detrahere potest. Ex his existimavi conclusionem firmo talo stare: quia Princeps supra humanas leges est, & lex divina hoc casu ipsi non contraria, ipsum matrimonium conscientia contrahere, & eundem etiam subdito per dispensationem ad id incundum dare posse facultatem, si causæ adsint fonticæ, de quibus *c. l. §. 19.* mentionem feci.

XXXIV. Hæc mea sententia, licet nec a sana ratione aliena, nec legi divinæ contraria mihi visa, non tamen pro-  
*illud mili-*  
 bataba Viro cuidam Illustri, qui, formato statu controversiæ *tantia.*  
 de personis in Republica viventibus, & ad leges ecclesiasticas adstrictis, quæstionem format & examinat: num occultum tale matrimonium jure divino subsistere, hinc effectum legitimi matrimonii habere possit? & eam simpliciter negat, ac omnino id juri divino contrariari, nihilque a concubinato

D

differre

differre statuit. Palmarium argumentum ejus est, quod, quando Legislator humanus legibus suis, boni ordinis gratia, aliquid præscripsit, formamque agendis dedit, simul contrarium damnavit, & pœnam in recalcitrantes statuit, id etiam jus naturale & divinum approbet & injungat, contrariumque reprobet ac damnet, cui consequenter obtemperandum, & contrarium factum improbandum, minimèque pro legitimo id habendum, sed potius intermittendum. Iam matrimonium a Principe in statu civili, ut sit legitimum, hanc formam accepisse, ut solenniter coram sacerdote declaratur, alias sit illicitum & sub pœna damnatum, proinde hanc indubitatam conclusionem sequi: occultum matrimonium jure naturæ & divino positivo illicitum esse ac reprobandum, illudque magis contra conscientiam, quam eâ salva, iniri.

*Pro illo vindiciæ.* XXXV. Mea qualis qualis sit sententia, eam tamen non puto a me deferendam esse, qui pro ea salvanda nunc tantum quadam declaratione perfungar, quam non ægrè laturum esse confido Virum Illustrem, qui repetere paratus sum, quæ parùm rectè parumque solidè in rem prolata videbuntur. A me supponi personas, quæ non in statu naturali, sed in civili vivunt, exindè patescit, quod de subditis & Principe agam, qui in civitate sunt, & illis ex hujus dispensatione, huic ex vi potestatis suæ supra leges humanas vindico matrimonium conscientia. Quia de Principe ago, cui vim supra leges ecclesiasticas assero, non alium, quam Protestantium sacris addictum subintelligo, quia Princeps in Romana ecclesia legibus ecclesiasticis se subiectum, adeoque ex illis clandestinam cohabitationem, ut illicitam, agnoscit. Matrimonium conscientia vero naturam legitimi matrimonii, etiam de Jure divino habere, mihi pro invicto argumento est, quod eo jure sub nulla alia forma, a qua substantiam suam acciperet, contrahi desideretur matrimonium, quam sub mutuo contrahentium consensu. Si quæ alia in christiana ecclesia ei præscripta reperitur forma, ut sine illa id illegitimum & nullum æstimetur, ex solo jure humano est, quam Princeps mutare,

mutare, tollere aliamque substituere potest. Illustr. Böhmer *in Jure Eccles. Protestant. tom. 3. lib. 4. tit. 3. §. 42.* Præter Hertium a me *in cap. 5. Select. meor. Jur. matrim. §. 15.* citatum, mecum convenit, & justitiam hujus matrimonii agnoscit Frid. Gentzkenius *in Philosoph. civili & ib. in Dissert. de Matrim. clandestino, Gallis dicto Le Mariage de Conscience. §. 13.* ubi in *præced. §. 5.* etiam ad exempla provocat Principum, quibus hoc matrimonium in usu fuit.

XXXVI. Ad sententiam contrariam, quæ *in §. 34.* prolata, respondeo: commune humanis legibus, justis tamen *Respon-*  
& æquis, id esse, quod ab accedente lege divina assistentiam *ad con-*  
& vim divinam accipiant, subditos, etiam in conscientia *sententiam*  
obligandi *ad Rom. XIII. 1. 1 Petri II. 13.* supra *§. 21.* origine tamen obligationem harum legum a voluntate Legislatoris humani proficisci, in cujus arbitrio fuit, talem legem vel non condere, vel, quando condidit, vim, quantam voluit, illi imponere, ac disponere, quousque valere & obligare debeat, cui eo usque etiam, & non ultra lex divina adhsitit. Quando jam Princeps commotus, mutare suam voluntatem, & vel quoad omnes subditos, vel quoad unum & alterum, vinculum legis suæ laxare, ex sua voluntate lex esse desinit, & non amplius obligabit, consequenter etiam vis & assistentia legis divinæ cessabit, quæ jubebat subditos Principis sui legi parere. Licet nunc concesserim, matrimonium conscientia simul divinam & humanam legem interdicere, quia tamen forma, matrimonium mediante sacerdotali copula contrahendi, origine tantum ex jure humano est, illa vero deinde per contrariam Principis voluntatem remittitur, concedatur necesse erit, nec amplius ad eam adhibendam legem divinam obligare. Placet per instantiam rem alio exemplo illustrare. Princeps privatam S. Cœnæ communionem lata lege prohibet, & ob varias causas publicam tantum instituire jubet, quam legem procul dubio divina voluntas comitatur & approbat. Idem postea istam legem mutat, & communionem privatam iterum permittit, dubitare non licet, *divi-*

divinam illam legem, priori humanæ adfistentem, non amplius subditos ad publicam communionem obstringere, quin posteriori permittenti legi vim suam tribuere, ut utentes privata communione in conscientia certi esse possint, se non minore dignitate ad S. Cœnam accedere, ac publicè communicantes. Dn. Pertsch *in Histor. Eccles. Sec. I. cap. 15. §. 19. & 21.* Scilicet in his casibus lex divina aliter considerari nequit, quam ut accessorium legis humanæ, quam homo, non DEus tulit, ut, ea velut principali sublata, istud accessorium necessario quoque cessare debeat. Quod lex divina, in casu remissæ sacerdotalis copulæ, immobilis subsistat & adhuc obliget ad eam adhibendam, nemo puto statuturum esse, quia, nisi de ineundo matrimonio, per sacerdotalem copulam Princeps dedisset legem, super ea nulla lex divina dispositura fuisset, inde concludendum: nullam quoque tunc superesse, humana lege sublata. A contraria sententia, & quod omne, quod statuit Princeps, antecederet legis divinæ sit, sequitur: Principem nihil statuere pro suo arbitrio, nec semel a se statutum mutare posse, quod tamen a juribus majestatis, quæ ipsi competunt, alienum.

*Alia ob-  
jectio  
resolutio.*

XXXVII. Objiciam opinioni meæ de matrimonio conscientie adhuc aliud argumentum: naturali rationi magis convenire, ne B. Sacerdotalis a contrahendo matrimonio removeatur, quia firmior non esse non potest nexus ab eo, quod eum publicè contrahit, quam eo, quod clam & occultè, inde nasci aliquam obligationem juris naturalis ad illam benedictionem adhibendam, quia publicè interponitur. Verum principium petit, quod a sacerdotali copula inter conjuges firmior contrahatur nexus, quam ex clandestina conjunctione, autoritate Principis munita. Utroque in casu matrimonium suum robur a Principe accipit, nec infirmius vinculum ejus dici potest, quando, eo consentiente, id clam initur, ac quando publicè cum ceremonia S. copulæ. Falsum insuper: hoc naturali rationi convenit, ergo est juris naturalis & immutabile. Id tantum Juris naturæ est, quod recta  
ratio

ratio jubet aut vetat, atque id ipsum ita determinat, ut homini de eo aliter disponendi nulla facultas fit; naturalis autem rationis est, a qua, quod naturæ cujusvis rei convenit, disponitur, contrariæ tamen ejus determinationi cedit. Quis culpaverit Jus Romanum, quod naturali rationi, imo justitiæ non conveniat, quæ Gentes quoque induxit, ut id, velut commune jus, in casu deficientis juris statutarii, reciperent, vid. Artur Duck *de Usu & autoritate Jur. civ. lib. 1. c. 2.* Jacob Mæstert *de Jusit. Roman. legum lib. 1. dubit. 15. seqq.* imo quod consuetudo vim legis habeat fit, quia rationabilitate nititur supra §. II. At exinde non sequitur, quod in omnibus articulis præcepta juris naturalis hic & ibi referantur, potius constat, mutationem pati a contrariis locorum constitutionibus.

XXXVIII. Consistente itaque in prædictis terminis obligatione legis divinæ ad matrimonium contrahendum, nihil amplius, quo minus inhærere possim sententiæ: Principem dare posse libertatem subdito ad matrimonium consensu ad agendum, quia dispensando de lege sua nihil aliud ad agendum, quam quod removeat impedimentum dicto matrimonio obstant, & id ad priorem formam reducat, quam ante legem, sacerdotalem copulam requirentem, habebat, & erat solus mutuus consensus desponsatorum. Isto impedimento ita sublato, quid certius, quam quod legis divinæ obligatio non amplius obstat. Per dispensationem idem in hoc casu agitur, quod in aliis prohibitis casibus matrimonialibus conf. David Stravinski; *de Conjug. illegit. indulgentia Pr. confirmato.* Quando diuturna cohabitatio inter duos sine benedictione sacerdotali fuit, statuit Dn. Böhmer *c. l. §. 48.* Principem autoritate sua eam confirmare, & pro legitimo matrimonio, prout hætenus fuit, declarare, atque ita defectum legis positivæ sua indulgentia supplere posse. Ex illius & aliorum Ictorum sententia prohibita jure humano matrimonia, quorum exempla esse statuuntur in personis *Levitici XVIII. & XX.* non expressis, licet cum ibi expressis sint



paris consanguinitatis gradus, item cum defunctæ uxoris sorore, aut hujus filia, interveniente sua gratia permittere, & illis valorem legitimi matrimonii largiri potest. Conf. Dn. Böhmer de *Action. & ibi de gradib. matrim. cap. 5.* item *Vol. 1. Consult. & decis. Resp. 160. 161. 162.* de Coccej. *Tom. 2. Consil. 687. n. 2. seqq. Consil. 54. 108. 667.* Brükner. *Dec. matrim. cap. 6. & 8.* Sunt adhuc plures casus, in quibus per privilegia & dispensationes laxare videmus leges Principum, pro quibus tamen, ut a subditis observarentur, etiam vis divinæ legis militabat. Quod & Princeps ad observandam legem ecclesiasticam obligatus dicatur, aliter accipi nequit, quam si sponte illi legi se subiciat, de quo argumento dicitur infra *Membr. 3. & ibi in specie §. 57.*

*M.C. qualitatem occulti matrimonii,* XXXIX. Retinet cæterum matrimonium conscientia-  
*litatem occultum,* quæ est, ut, propter causas sibi optimè notas, vid.  
*trimonii Select. Jur. matrim. cap. 5. §. 19.* clam ab illis servetur. Ob  
*ab intenti-* autoritatem tamen Principis, quæ ei accedit, publici etiam  
*one con-* & legitimi matrimonii qualitate gaudet. Sunt alia acta, quæ  
*trahen-* ab intentione agentium occultè servantur, ideo tamen a vi-  
*tium re-* tione non inculpanda, veluti si a Principe impetrans nobilita-  
*tinet.* tem eam interim occultet. Stryk de *non Usu Juris quesiti cap. 2.*  
*n. 14. seqq.* Quandoque a Principibus articuli quidam pacis aut  
 fœderis silentio teguntur, nec prius, quam utile ipsis vide-  
 tur, manifestantur. Pro specie concubinatus hoc matrimo-  
 nium reputandum esse, nulla solida ratione defendi potest.

*Non ta-* Habet enim substantialia veri matrimonii de jure divino. Inim-  
*men pro-* tur in individuum vitæ consuetudinem, marito non adem-  
*concubina-* pta potestas in uxorem, proque ea & liberis sustentandis  
*tu haben-* suscipit onera matrimonii. Uxor obediendo suam erga mar-  
*dum.* ritum testatur subjectionem, liberi etiam ex tali matrimo-  
 nio procreati non possunt naturales aut spurii dici, sed di-  
 cendi sunt legitimi, quæ omnia in concubinatu aliter se ha-  
 bent. Gentzkenius *d. l. §. 10.* Disparitas, quæ hic in digni-  
 tate & successione intervenit, ut jam dictum, tantum ex ac-  
 ciden-

cidentalibus matrimonii est, quæ in arbitrio contrahentium sunt, & in matrimonio ad morganaticam contracto depræhenduntur, quod tamen, rationibus rectè subductis, non amplius impugnari palam est.

XL. A lege, quæ matrimonium inter consobrinos, a- *Princeps*  
liosque remotioris gradus consanguineos prohibet, Princi- *init ma-*  
pem solutum esse, ut cum persona, in tali gradu sibi cogna- *trimonium*  
ta, nuptias celebrare possit, asserere non dubitamus. vid. *cum cogna-*  
Brückner *Dec. matrim. cap. 7. p. 266. seqq.* Havemann. *c. Tr. ta jure bu-*  
*lib. 2. tit. 7. reg. 42. p. 334.* Carpz. *Jprud. Eccl. lib. 2. def. 110. mano pro-*  
Lauterbach. *V. 4. Disp. Tübing. diss. 2. de jure singul. affin. hibita.*  
*§. 33.* Contrarium de consobrinis evincere non licet ex genera-  
li prohibitione *Levit. XVIII. 6.* quod patris mei frater pro pa-  
tre meo reputandus, cujus filia proinde etiam pro patris mei  
filia & pro mea sorore habenda, quam ducere in citato tex-  
tu prohibitum, quæ sententia placuit Illustri de Rohr in *Ober-*  
*Sächsis. Kirchen-Rechte lib. 8. cap. 3. §. 5.* nam talis paternitas  
& filiatio fictione quadam tantum nititur. Veram eam non  
esse patescit, quia a patris vel matris meæ fratre aut sorore  
ego revera generatus non sum, idcirco a se procreata filia  
nec vera mea soror esse potest. Quando matrimonium cum  
patris vel remotioris ascendentis mei sorore mihi interdici-  
tur, id non fit quia mea soror est, sed quod ea immediatè  
stipiti sublit, hinc instar (vox similitudinis) matris meæ ha-  
beatut, quæ ex naturali ratione nunquam vera mea mater  
aut avia esse potest.

XLI. Ut alicujus ultima voluntas deliberato animo con- *Testa-*  
dita esse intelligatur, & eo sanctius post ejus mortem ob- *mentum e-*  
servetur, debet juxta certa solennia confici, v. gr. coram *jus valet*  
rogatis septem testibus masculis *L. 21. §. 2. ff. Qui testam. sine solen-*  
*fac. poss.* qui testamentum testatoris subscribunt & subsignant *nitare con-*  
*§. 3. §. de Testam. ordin. L. 22. §. 4. ff. d. t.* & alia a Jure *ditum.*  
Romano vel Statuto præscripta observari, ni alias, his ne-  
glectis, testamentum ipsò jure nullum reddatur *L. 1. ff. de*  
*Injust. rupt. & irrit. L. 4. ff. L. 12. C. de Testam.* Princeps  
ad

ad observandas has solennitates non obligatus est, sed ejus ultima voluntas, quæ alia ratione declarata & probata fuit, plena constabit autoritate. Ut tamen interna Testamenti neglecta non sint, quæ sunt heredis institutio, & ut bona propter majorum dispositionem, secundum leges fundamentales relinquuntur. Alium enim in testamento instituere, & in alium principatum transferre nequit, quam in primogenitum. Contrariam dispositionem legitimus successor agnoscere non tenetur, ab Eyben *in suis Scriptis de Testam. Princip. vel Comit. S. Imperii §. 18. n. 16. seqq.* Stryk. *de Cautel. Testam. cap. 5.*

*Ab eo si-* XLII. Quandoque rebus quibusdam certa sanctitas tri-  
*ne metu* buitur, per graviores poenas contra violatores earum a Prin-  
*pæne vio-* cipe statutam *L. 8. pr. ff. de Rer. divis.* Rerum harum exem-  
*latur res* pla sunt muri civitatum, qui transcendendi prohibentur, Sedi-  
*sancta.* le Regium, Residentia Principis, arbores quædam ad orna-  
tum urbium positæ. Poena contra violatores quandoque est  
manus amputatio, quæ apud Persas erat contra eum, qui au-  
sus fuerat confidere in sella regia. *Curt. lib. 8. cap. 9.* & ho-  
die in rescentes arbores urbis, intimata in appensa tabula  
cum picta securi & amputata manu; vel est relegatio ob gla-  
dium in Residentia Principis strictum. Est & capitalis, si quis  
tempore belli proditorio animo muros transcendit. *Carpz. Pr. Crim. qv. 40. n. 24.* alias carcer, si alio tempore & alio  
animo transgressio facta. de Lyncker *Rer. in Dicast. Jenens. decis. P. 2. Dec. 326. p. 304.* Cum autem hæ poenæ sint ex  
arbitrio Principis statutz, si in Residentia sua aliquem manu  
percussisset, gladium in eum strinxisset, aut alia ratione rem  
sanctam violasset, quis eum subjiciendum esse poenæ statue-  
ret? Joh. Sam. Stryk *de Sanctitate Residentiar. Principis cap. 3. n. 48. seqq.*

*Proces-* XLIII. Varia solennia in Ordinationibus judiciariis præ-  
*sus solen-* scripta reperiuntur, ad Processum Juris in Judiciis spectan-  
*nia Prin-* tia, s. ad ordinem in Judicio servandum, quoad causam  
*ceps non* proponendam, ventilandam ac dijudicandam. Ex illis sunt  
*observat.* solennis libelli oblatio, modus dandarum dilationum, ut  
exceptio-

exceptiones justo tempore proponantur, per testes, instrumenta, aut aliud genus probandi facti veritas sistatur, super causa a iudice cognoscatur, sententia ejus ex periculo prælegatur, & quæ sunt aliæ huc facientes solennitates, de quibus agunt Doctores in scriptis suis de Processu. Princeps ad illas Ordinationes observandas se non adstrictum tenet. Inde partium simplicem narrationem & petitionem, loco solennis libelli accipit. Processum ordinarium in summarium convertit, licet causa sua natura sit ordinaria. Mastrill *de Magistrat. imper. & Jurisd. l. 3. c. 4. n. 3* — 6. Lange *in Isagog. ad Process. c. 25. n. 64.* ubique causas subditorum, non præcise in ordinario iudicii loco, tractare potest. Mastrill. *d. l. n. 131.* Si ipsi cum suis subditis lis sit, juramento calumnie præstando se non subdicere tenetur, cum persona ejus subditis semper sancta videri debeat, non minus ac liberis persona parentum. Martini *in Comment. forensi tit. 18. §. 6. n. 13. seq.* Sententia ejus valorem juris obtinet, quæ ore prolata & non ex scriptis prælecta, cum alias vitiosa sit iudicis sententia, quam non ex periculo s. breviculo prælegit. *tt. C. de Sentent. ex peric. recit.* Mastrill. *d. l. n. 6.* Martini *d. Tr. tit. 34. §. 1. n. 159.*

## MEMBRUM III.

De

*Principe humanis Legibus se submittente.*

XLIV.

Sufficiat tot casibus demonstrasse, quam latè procedat principium: Principem humanis legibus solum esse, ex quo illorum & plurium aliorum decisio ut petatur necesse est. Quoniam tamen non insolitum, quod, quando ipse Princeps leges susquedeque habet, eadem etiam apud subditos evilescent, qui opinione ducuntur, id justum esse non posse, quod in sua persona ipse Legislator pro justo non agnoscit, suo exemplo docere, quanti æstimet justitiam

E

tiam

riam earum. Exemplum enim Regis viva apud subditos, & magis quam scripta Lex est, hinc major æmulandi ardor, & majus erga eum obsequium. Conveniunt hanc in rem Prudentium sententiæ, quarum quædam additandæ. Plinius in

*Senten-Panegy. cap. 45. n. 6. inquit: Vita Principis censura est, eæque proutque perpetua: ad hanc dirigimur, ad hanc convertimur: nec dent ut tam imperio nobis opus est, quam exemplo. Melius homines hanc in exemplis docentur, quæ inprimis hoc in se boni habent; quod rem.*

*approbant, quæ præcipiunt fieri posse. Idem cap. 65. n. 1. In rostris quoque simili religione ipse te legibus subjecisti. Legibus, Cæsar, quas nemo Principi scripsit. Sed tu nihil amplius vis tibi licere, quam nobis. Quod ego nunc primum audio, nunc primum disco: non est Princeps supra leges, sed leges supra Principem. Ita Vellejus Paterculus l. 2. c. 26. ait: Facere rectè cives suos Princeps optimus faciendo docet, quumque sit imperio maximus, exemplo major est. Locum hic quoque habeat, quod Jacobus Sannazarius ad Federicum, Arragoniæ Regem, relatus a Mastrillo d. Tr. l. 3. c. n. 73. dixit:*

*Publica nimirum res tunc sibi constat & æquum Imperium, cum Rex quod jubet, ipse fuit.*

Nec incitè Ilidorus in c. 2. Dist. 9. hanc in rem verba facit, inquiens: *Iustum est Principem legibus obtemperare suis. Tunc enim jura sua ab omnibus custodienda existimat, quando & ipse illis reverentiam præbet. Principes legibus teneri suis, nec in se convenit posse damnare sua, quæ in subiectis constituunt. Iusta enim est vocis eorum autoritas, si quod populus prohibent, sibi licere non patiantur. Rex nempe cum plurimum roboris legi suæ conferat, quando ipse eam factis suis approbat, quid magis sibi commendatum haberet, quam ut subditis per legum suarum observantiam exemplo suo præeat.*

*Et Im-* XLV. A prædicta sententia non alieni fuerunt Imperatorum tores Romani. Justinianus, qui in *§. ult. J. Quib. mod. te Romano-stam. infirm.* statuerat: nullam autoritatem tabulis testamenti concessam esse, quod non legitimè conditum fuit, licet testator in illo Principem litis causa instituisset, addit:

*Secun-*

Secundum hoc divi Severus & Antoninus sæpissimè rescripserunt: Licet enim, inquit, legibus soluti simus, attamen legibus vivimus. Alexander in L. 3. C. de Testam. & quemadm. test. ord. ait: Ex imperfecto testamento nec Imperatorem hereditatem vindicare posse, sæpe constitutum est. Licet enim lex imperii solennibus juris Imperatorem solverit, nihil tamen tam proprium est imperii, quam legibus vivere. Planè gravia verba sunt, quibus utuntur Theodosius & Valentinianus hanc in rem in L. 4. C. de LL. quando inquit: Digna vox est majestate regnantis legibus alligatum se Principem profiteri. Adeo de auctoritate juris nostra pendet auctoritas, & revera majus imperio est submittere legibus principatum. add. L. 7. C. Qui testam. fac. poss. L. 23. ff. de Leg. 3. Post illos Imperatores ex recentiore atate sapiens profero monitum Jacobi I. Regis M. Britanniæ, quod dedit Henrico filio de Institut. Princip. l. 2. p. m. 153. his verbis: Verum non satis est ad boni Regis laudem, seueritate legum coercere & vi armorum populum protegere, ni ipse, cum sua familia, integritate vitæ omnibus præluceat, eoque exemplo populum ad amorem virtutis, & fugam vitiorum invitet. Cum igitur, mi fili, omnes natura imitentur Regem, cave ne olim dicaris, aliud populo jussisse, aliud secutus, ut facta cum diëtis non convenient, sed e contra sit vita tua subditis instar perpetui edicti & speculi, in quo legum usum observent, & ex ea imagine vivendi exemplum capiant. Idem id monitum deinde persequitur d. l. 2. in f. verbis: Populo igitur tuo, ut loci dignitate, ita morum honestate præluce, ut benè agendi consuetudo successu temporis tibi vertat in naturam, & subditi legibus tuis auditis, & vita inspecta, simul oculis atque auribus ad virtutis amorem & vitiorum fugam alliciantur.

XLVI. Enimvero quis est, cui non in mentem veniat: Paradoxo- paradoxo instar esse illud: Principem majestate gaudentem xi instar facere quoque, quod subditis imperavit, & intermittere, quod videtur: illis interdixit, quid illud quod imperat, & idem tamen Principem cum subditis faciat aut intermittat? videmus in solutione supra le-

gem esse, & hujus viros eruditos laborare, & in diversas sententias tamen le-abire Limn. in *J. publ. lib. 2. cap. 8. n. 30. seqq.* Bachov. ad *gis impe-Treuth. Vol. 1. disp. 1. th. 6. lit. A.* Sanè civilis potestas fingi rata face-non potest, quæ Principi adversus se ipsum compereret ad parendum legi, quia non, nisi in invitum illa esse potest; at conrradictionem involveret: Principem contra se invitum velle obligationem suam exequi. Summa potestas, quæ vim coactivam habet, & omninò Principi competit, distinctam a se personam necessario respicit, quæ potest invita ab illa potestate cogi. Hahn ad *Wesenb. tit. de Legib. n. 7. verbo Principe excepto.* Non magis sub aliqua potestate est summa potestas, ac esse potest; at planè esse nequit. Quare quam in se potestatem habet Princeps, eam æquè ut alius vir bonus habet, nempe voluntate & consensu, minimè ut aliquod majus imperium supra se ipsum.

*Sistitur* XLVII. Sana est doctrina: Principem humanis legibus *sensus d o-* esse solutum, & tamen se ipsum his legibus submittere, si *et r i n e:* dicamus: ipsum SPONTE hanc submissionem facere, & ex Principem quadam generositate secundum illas vivendi obligationem agnoscere legibus scere. Huber de *Jure civit. lib. 1. Sect. 3. cap. 1. n. 26. seq.* & *submitte-* in *Digress. Justin. lib. 1. c. 35.* Brunn. ad *L. 4. C. de Legib. n. 1.* Carpz. de *Lege regia cap. 12. Sect. 1. n. 41.* Hoppe *Comm. Inst. ad §. ult. tit. Quib. mod. testam. infirm.* Sedem hujus probatæ submissionis, nempe *L. 4. C. de Legib.* eleganter Perillustr. Baro de Cocceji in *Jure controv. tit. de Legib. qu. 4.* explicat, quando dicit: *Digna i. e. generosa, vox est, legibus se alligatum profiteri i. e. ultro sciri se obligatum esse.* Et *§. ult. Inst. Quib. mod. testam. infirm.* ejusque verba: *Et si legibus soluti simus,* scilicet de jure, tamen *legibus vivimus,* scilicet amore virtutis. Nempe diversum est vivere secundum virtutem, & vivere secundum leges. Illud fit ultro, & ex animi sinceritate, hoc ex necessitate; obsequium virtutis comitantur præmia, legis nulla *Lucæ VII. 10.* magis ad perfectionem accedit, magisque DEO gratum est, quod libera fit voluntate & ex amore erga virtutem, quam quod ex necessitate legis.

legis. Ut eo perfectius ergo sit, quod Princeps agit DEoque magis placeat, ac suam gratiam eo certius sibi polliceri possit, sponte quoque observat, quod subditos suos in legibus ex necessitate observare iusserat. Perillustr. de Cocceji *Tr. de Princip. jur. nat. unic. vero & aeqv. qv. 4.* Schneider *Diss. de Finib. Furpr. Univ. cap. 3. §. 4. add. Mev. in Nucleo Jur. Nat. & Gent. Inspect. 2. §. 10.*

XLVIII. *Causa* Causa movens ad quemlibet hominem est, ad sui securitatem & felicitatem, si-*hanc sub-* ne quo alioquin facile rescinderentur propriae tranquillitatis *missionem* munimenta. de Jena *in Fragment. de Rat. Stat. Diss. 2. Concl. 6. est Status* Dn. Böhmer *Introd. in Jus publ. Univ. P. general. cap. 3. §. 17. ratio.* *in not. Becm. in Conspect. Doct. Pol. cap. 3.* Si in contractu vel ultima voluntate praescriptas leges Princeps non servaverit, nemo cum eo amplius contrahet, & multis post mortem difficultatibus testamentum suum exponet. Si in vitiis volutetur, non impedit, quo minus subditi paria agant, nam illis dulcedinem eorum non invidere videbitur. Puf. *lib. 7. cap. 6. §. 3.* Longè magis ad obsequium legum suarum excitabit eos, si ipse se ad illas conformaverit. Constat hoc ex sententia Claudiani *de IV. Consul. Honorii v. 299. seqq.*

— — — *Componitur Orbis*

*Regis ad exemplum, nec sic inflectere sensus  
Humanos Edicta valent, ut vita Regentis.*

Esto, quod Rex vel Princeps supra se nullum superiorem habeat, a quo acta ejus censerentur, judicium tamen Gentium non effugiet in his terris, quod, ne ob legum contemptum incurrat, sibi cavendum. Laudatur hinc Livia Augustam admonens: *Oportet te nihil facere per injuriam, sed nec omnino facere videri. Nam privatis quidem hominibus satis est, nihil delinquere, Principibus ne quidem suspectos esse.* Clapmar *de Arcanis Rerump. lib. 5. cap. 1.* Inter multa virtutum suarum encomia hoc etiam Carolo V. Imp. tribuitur: *fuisse in venerem proum liberumque, attamen cautum & ar-*



canum, ne vitii publicatione facto exemploque noceret. apud Struv. in Corp. Hist. Germ. Period. 10. Sect. 4. §. 2. p. 967.

*Ea non officit ejus ritati quid detrahatur, aut illi propterea in pudorem dentur, aut ori- tati. E-* XLIX. Ex ista submissione absit, ut Principum auto- nam bonum publicum promovere se ostendunt, & curare, ut sine molestia ad idem faciendum subditos commoveant, *empla regum ni-* disciplinam non minus a se ipso, quam aliis, exigebat, adeo *hil ideo ti-* ut nunquam contra leges egisse videretur. Loccen. Hist. Sve- *mentium.* can. lib. 2. p. 69. Henricus VII. Rex Angliæ summam a Lon- dinensi civitate mutuo acceptam præcisè ad diem præfixum voluit restituere, ne tardius solvere videretur, quam debe- bat, quod fidem admodum ei conciliavit. Verulam. in Hist. regni Regis Henrici VII. p. m. 1040. Et Jacobi I. Regis M. Britannix de se ipso in Orat. V. Operum suor. p. 547. statuen- tis legitur his verbis sententia: *Ubi meum agebatur patri- monium, rem foro permisi, ut unus è multis: nec injuria, cum Regem deceat ad legum obedientiam suo exemplo cæteros invitare.*

*Aliena a nostronea* L. Quando de Principe sermonem habemus ex sponta- nea legum suarum submissione a jurium quorundam usu de- argumentocedente; jura vero quoque sint, quæ ipsi ex legibus funda- est negatio mentalibus, ob pacta aut aliam causam in territorio exer- jurium Ppicenda non competunt, quæque vel territorii acquisitionem, in suo ter- conservationem vel alienationem concernunt, de quibus ju- ritorio. ribus a nobis actum peculiari dissertatione de Jure Principi negato circa territor. suum ad oculum patet, inter præsens argumentum & illa jura negata nullam affinitatem esse. Hoc loco per suam legibus suis submissionem a jurium usu de- cedit, quæ in potestate sua sunt; ubi vero ex vi legum fun- damentalium a quibusdam juribus abstinet, eorum defectus & carentia in Principe est.

*In con- troversia* LI. Ad exempla autem & casus jam progrediamur, in quibus fit a Principe legibus suis subjectio. Non semper Prin- tum subdi- ceps de jure suo adeo certus est, ut non aliquando in casu, qui

qui sibi cum subdito suo obvenit, quid sibi faciendum sit, ne *to prudentia* a iustitiæ tramite aberrasse videatur, dubitet, proinde alio-*tum judi-*rum iudicium & sententias in auxilium vocare necessum ha-*cium se-*beat. In quæstionem venit: an tertii arbitrium eligere & id *quitur.* sequi, aut causam Tribunali suo committere possit, ut, quod iustum sit, pronuntiet, idque pronuntiatum se approbatu-  
rum ac acturum esse secundum illud spondeat, licet contra ipsum fuerit? affirmativa sententia in supra adductis rationi-  
bus fundata erit, quod non ex alicujus superioritate in con-  
troversia sua sequatur illius sententiam, sed sponte, qui ab electo arbitrio tertii ostendit, se velle, ut per cognitionem & dijudicationem ejus liquidior reddatur inter dissentientes iustitia causæ. Hinc etiam, si suos consiliarios eligat, ut super causa ferant sententiam, quoad hunc actum remittere illis solet juramentum, quo erant ipsi obstricti, ut, nullo habito respectu erga suam personam simpliciter ad facti veritatem & iustitiæ regulam pronuntient. Si pronuntiaverint contra ipsum, & hoc juris esse docuerint, sententiæ satisfactio-  
nem a se extorqueri non patitur, sed, de ejus iustitia certus, sponte eam adimplet, ne, qui iustitiæ asserendæ causa constitutus est, ipse juris cursum impediatur. Grot. *de J. B. & P. lib. 2. cap. 14. §. 6. n. 2.* Pufend. *l. 7 c. 6. §. 2. & l. 8. cap. 10. §. 6.*

LII. Exemplis Principum non destituimur, qui, iustitiæ inservientes, subditis suis in propriis suis Tribunalibus *Principum* contra se agere permiserunt. In Gallia, quando inter Regem *id facien-*& subditos controversia exorta, ea ad Parlamentum remitti-*tium.* tur, ac, celato Regis nomine, ne id magistratuum oculos perstringat, vel ulla quadam parte majestati præjudicetur, nomine procuratoris ea ventilatur & deciditur. Bodin. *de Republ. lib. 3. cap. 6.* Elector Saxonix supremam curiam Lipsiensem das Ober-Hoff-Gericht hæbet, coram qua ipse conveniri potest, & subditos suos convenit. vid. Churfürstl. Ober-Hoff-Gerichts Ordnung zu Leipzig Tit. 1. vor das Hoff-Gericht. Stryk. *de Foro Princip. & privat. commun. cap. 2. n. 93.* Alii Principes alia in causis suis sui territorii fora agnoscunt, & ex amore iustitiæ

justitiæ Judicium illorum pronuntiata sequuntur. vid. Joh. Strauch. *Diss. Jur. publ.* 3. §. 8. Huc referimus, quod, quando summus Princeps, a quo appellari non potest, ex causâ suspicionis recusari nequit de jure. Christinæus *Vol. 2. Dec. 148. n. 15.* Græveus *lib. 1. Pract. Concl. 33. n. 6.* ille tamen non difficilis esse soleat, ut alii suo judicio adjungantur, qui suspicionis removendæ causâ, simul de controversia cognoscant, eamque ne parti præjudicium fiat, decidant. Brunn. *ad L. un. C. Ne quis in sua caus. judic.*

*Etiâ* LIII. Non solum, quando controversia est Principi cum in actibus subditis aliorum sequitur judicium, sed & in aliis actibus, publicis quin sæpe demum eos ratihabet, quando a Senatu vel aliquo populi & collegio approbati fuerunt, ut de rectitudine suarum actio-  
*Senatus* num certior fiat. Grot. *l. 1. c. 3. §. 18.* Mastrill. *c. Tr. l. 3. judicium c. 3. n. 53.* Consilio enim multorum prudentum rectius tutiusque negotia Regis committuntur, quam ab uno definiuntur, cujus acrimonia ingenii ad omnia complectenda sæpe non sufficit. de Lyncker *in not. ad Boecleri Instit. Polit. l. 3. cap. 7. p. 89.* Loccen *Hist. Suec. l. 4. p. 121,* Merentur hic legi verba, quæ Autor *Commentar. de Regno & quovis Principatu rectè & tranquill. administr. advers. Nicol. Machiavell. Comment. 3. p. 512. seq.* profert, & sunt: *Sed nihil subditis gratius acceptiusque, quam si eos adeo non despiciat Princeps, ut nonnunquam cum ipsis communicet, de publicis negotiis cum ipsis agat; sententia, opera, opibus eorum uti æquum censeat. Quum enim subditi vident sibi tantum tribui, ut in partem curarum & consiliorum vocentur, quum necessitates publicas introspiciunt, justasque causas, quare hoc vel illud Princeps efflagitet, haut equidem dubitem, multo libentius parituros, quam quum rerum nullam notitiam habent, neque sciunt, quas ob causas sibi indicatur pecuniarum collatio, nec quos in sumptus illæ erogentur. Quod autem Senatui visum, non tamen aliam, quam tantum suadendi auctoritatem habere potest, adhuc penes Regem imperium manet, qui, si nolit Senatus aut populi sententiam probare, sed in sua sententia*

tentia persistat, omnia eorum acta rejicere potest, qui Regi parere tenentur Carleval *de Judiciis Tom. 1. Disp. 2. n. 1109.* Id Princeps praecipue hac submissione intendit, ut doceat, se nihil velle jubere, quam quod Principe dignum est, & non a se, sed aliunde, proficisci, si quid juri aut legibus adversum contigerit.

LIV. Ut Sabbathum & alia extra ordinaria festa sacra *Legi de* cum majore devotione a subditis celebrentur, quandoque *festis sa-* peculiare constitutiones a Principe eduntur. Reinking. *de crisi se sub-* *Regim. Sec. & Eccl. lib. 3. classe 1. cap. 2. n. 4.* Dn. Böhmer *jicit.* *in Jure Eccles. Prot. l. 2. tit. 9. §. 3. seqq.* Elisabetha Regina Angliae de diebus Dominicis adeundis & festis sacris celebrandis legem dabat, & mulctam duodecim denariorum absentibus in singulos dies imponebat, pauperibus erogandam. Cambden *Annal. Rer. Anglic. P. 1. p. 23.* Divae memoriae Elector Brandenburgicus Fridericus Wilhelmus M. varia de Sabbatho sanctificando Edicta publicavit, quae leguntur apud Strykium *in not. ad Brunn Jus Eccl. lib. 2. cap. 1. Membr. 1. §. 8.* Gruben *in Corp. Const. Pruten. P. 1. n. 62. seqq.* Idem Archi Princeps ad feriandum diem supplicatorium 1683. d. 3. Augusti Edictum edidit, de quo Grube *d. l. n. 12.* Scilicet quia subditi saepe non faciunt DEO exsolvenda officia, sed prophanatione sabbathi iram ejus concitant, ut poenis & gravioribus calamitatibus sit toti provinciae periculosus, flectendi animi illorum per Superioris imperium, ut DEO praestent, quae DEi sunt. Martini *Comment. For. Praefat. Ordinat. Process. Judic. Saxon. n. 5.* vid. Dn. de Ludwig. *ad Pusend. Introd. in Hist. Regn. & Stat. cap. 4. §. 22. p. 719.* Quod hic legibus intendit Princeps, suo exemplo multo magis se consecuturum confidit, quando ad cultum sacrum peragendum pietate & devoto pectore accedit.

LV. Ob onera, quae pro conservanda Republica, ma- *Et legi* xime tempore necessitatis, imponenda sunt, Princeps rectè *quoq; qua* subditis tributa & collectas imponit. *Neque enim* inquit Ta- *subditos o-* *citatus lib. 4. hist. cap. 14. quies Gentium sine armis, nec arma n e r a v i t*

F

sine

*contribu- sine stipendiis, nec stipendia sine tributis haberi queunt. vid.*  
*tionibus.* Tholosan. in *Synt. Jur. Univ. l. 3. c. 3. n. 1.* Æquum tamen,  
 ut prius, quam a subditis aliquid exigit, proprium marsu-  
 pium suum excutiat, & alios ordinarios reditus expendat,  
 simul arumnas populi audiat, ac caveat, ne subditi tributis  
 & exactionibus expilentur Klock *de Ærario lib. 2. cap. 120.*  
*n. 10. seqq.* Heig. *Quæst. jur. 18. n. 3. & 34.* Ultimo, si ab il-  
 lis nihil pro sublevanda necessitate sperari possit, subditos  
 extra ordinem gravare potest, quibus tunc ob exactionem  
 tributorum amplius resistere non licebit. Sive vero hæc ab  
 eorum patrimonio exigantur, sive a personis, quale genus  
 collectarum in specie *Capitatio* das Kopfgeld appellatur, Prin-  
 cept ex amore erga subditos, quorum gratia constitutus est,  
 & sine quibus Princeps non esset, quique affectus suos & vo-  
 ta salutis populi postponit, & bonum publicum suam inter-  
 pretatur opulentiam Jacob. I. Rex *de Instit. Princip. lib. 2. p.*  
*m. 143. seqq.* libenter idem facit, & hæc onera una cum civi-  
 bus fert. Si ferat onera, quæ rerum intuitu indixit, æqua-  
 lem bonorum suorum patrimonialium conservationem quo-  
 que, cum bonis subditorum, obtinebit, quæ onerum imposi-  
 tione intendebatur Carpz. *P. 2. Dec. 262. n. 18. seqq.* Mev.  
*P. 2. Dec. 72. n. 25.* Sint ordines qualescunque in aliqua ci-  
 vitate, inter eos est tamen quædam societas, propterea com-  
 modum & incommodum civitatis, ut communis patriæ, in-  
 ter illos commune quoque esse debet §. 1. *J. de Societ. L. 29.*  
*§. fin. ff. pro Socio.* A soluto onere personali, quod capiti  
 impositum, præsentem necessitudinem magis acuit apud sub-  
 ditos, quod & legem, qua a tali onere exemptus esse posset,  
 sibi dictam esse velit, & ob eam necessitatem se aliis civita-  
 tis membris æqualem reddere.

*In matri-* LVI. Quam libertatem a vinculo legum habet Princeps  
*monio suo* quoad solennitates observandas in matrimonio contrahendo,  
*contrahen* & certos gradus in consanguinitate & affinitate, de qua di-  
*do adhibet* etiam supra §. 31. *seqq.* illius tamen iacturam mavult quoque,  
*sacerdota-* ut cum subditis in observantia legum ecclesiasticarum æqualis  
 repe-

reperiatur. Proclamationem equidem, ex suggestu facien-<sup>lem copu-</sup>  
dam, adhuc interimmittere solet, quia nuptiæ Principum haut <sup>lam.</sup>  
celebrari possunt, quæ non iam publicè notæ essent, ut id-  
circo finis ejus cesset, ob quem illa instituitur, & est, ut  
ineuntes matrimonium publicentur, quo, si quis sit, con-  
tradictor citeatur, propter nimis propinquam consanguinita-  
tem, vel quod cum alia persona sponsalia contracta jam sint,  
hoc matrimonium impediturus. Quoad benedictionem sa-  
cerdotalem vero etiam Principes Protestantium se huic ritui  
accommodant. Lynck *Discursu de Matrim. Lege Salica con-*  
*tract. c. 3. n. 30.* Pro ratione ipsis est, ne suo exemplo tur-  
bent usum a tot sæculis inter christianos receptum, & legibus  
publicis præscriptum. Adeoque ut apud alios constet, non  
concupinatum se, sed solenne matrimonium elegisse, illis oc-  
casionem eripiunt, sinistros sermones de conjugali sua coha-  
bitatione disseminandi. Dn. Joh. George Pertsch, limatoris  
eruditionis Jctus, *in Histor. Eccl. Sec. II. cap. 15. §. 3. 4.*  
*Sec. IV. cap. 15. §. 11. seqq. & in Elem. Jur. Canon. & Eccl.*  
*Protest. l. 2. tit. 14. §. 738. & 752.*

LVII. Sic a libertate, qua gaudet ad matrimonium <sup>Hinc ma-</sup>  
conscientiæ ineundum, de qua actum fuit pluribus <sup>§. 33. seq. trimonium</sup>  
non invitus quoque Princeps recedit, & quoque ex status ra-<sup>conscienti-</sup>  
tione per benedictionem sacerdotalem matrimonium suum <sup>& non init.</sup>  
consummari facit. Ea ipsi est, quod non omnia, quæ Jus  
Canonicum requirit, ut legitima sint matrimonia, Prote-  
stantes rejecerint, inter quæ Hierologia quoque est. Intelli-  
git, quod ab ea non adhibita Augustæ periculum imminere  
possit, eam Principis legitimam uxorem non fuisse, nec non  
liberis ex tali matrimonio procreatis præjudicium, quasi tan-  
tum naturales ex concubina orti sint. Illis quoad successi-  
onem alios quaestionem movere posse prudenter prospicit,  
qui melius jus ad eam prætereundum, eosque ab ea excludere  
aufuri sunt. Quare, ad hæc incommoda evitanda, præfer-  
re magis volunt Principes, quod statui publico expediat, &  
ei rennatiare, quod in eorum facultate est. Dn. Böhmer. *J. E.*

*Pr. lib. 4. tit. 3. §. 55. & 58.* Dn. Fleischer in der Einleit. zum Geistl. Recht l. 2. c. 8. §. 22. Movet insuper Principes ad benedictionem ecclesiasticam adhibendam, quod, sicut aliarum actionum benedictiones non sine feliciori eventu sperantur futuræ, ita & in contrahendo matrimonio, hanc benedictionem operaturam esse talem eventum, credant. De quo eo minus dubitandum, si, in ordine a DEo expetendi benedictionem, hunc ritum benedicendi homines adhibeant, non ex improbo instituto, clandestinam desponsationem, ut rem illicitam, ope sacerdotis confirmandi, cujus intentio a copulandorum desiderio longè abire potest, & ea nihil minus intendi, quam ut illis benedictionem apprecetur. Sicut vero Princeps ipse libenter hoc casu a jure suo abstinet, ita & causam habere potest, si non in totum prohibendi subditis matrimonium conscientia, difficulter tamen & raro per dispensationem in illud consentiendi.

*Nec subditis concedit.*

*P. in formationem* LVIII. Nec in gradibus jure humano prohibitis Principes facile matrimonium contrahunt, nisi prius informati *petit a suis* fuerint, quod sine læsione conscientia illud inire possint, *consiliari-* berique eorum, ex eo suscepti, de legitima sua nativitate certis, *num du-* esse. Consuluit ex hac causa Præsules & Episcopos suos *tere possit* Gustavus Rex Sveciæ 1552. cum tertias nuptias pararet cum *consanguineam* uxoris sororis filia, nec prius ad illas accessit, quam *jure respon-* sum ab illis accepisset: in Sacra Scriptura hoc *humano* monii genus non extare prohibitum, sed sine ulla *prohibi-* ne id Regem contrahere posse, quod regni quoque Senatus *tam.* ac Ordo equestris ex omni parte approbavit, cum maximo *per id* in universi regni quietem & dignitatem viderent cessurum esse. *Loccen. Hist. Svec. lib. 6. p. 329.* Quod vero hæc *Episcoporum* & Senatus regni approbatio non ex sola status regni ratione facta videatur, sed revera hoc matrimonium *jure saltem* humano interdictum sit, ex aliorum quoque *Jctorum* sententia condoceri potest, qui pro eo conjunctis suffragiis faciunt, & statuunt, etiam privatis personis per dispensationem Principis dari posse licentiam ad illud contrahendum.

hendum. vid. Hert. *Tom. I. Resp. 54.* Henr. de Cocceji *in Consil. & Responf. rer. judic. Tom. II. Consil. 289. p. 369. seqq. & Consil. 300. p. 390. seq.* de Lyncker. *Rer. in Dicast. Jenens. dec. P. 3. Dec. 1137.*

LIX. In dissolvendo per divortium matrimonio, quoad *Divor-* causâ cognitionem & dijudicationem etiam Princeps legibus *tuum suum* solutus est, nec supra se judicem agnoscit, cujus sententiæ *declarari* subscribere teneretur. Nam Consistoria Protestantium dele- *petit ab in-* gatam Jurisdictionem exercent, & ab ipso Principe depen- *feriore ju-* dent. J. S. Stryk. *de Origine & usu Jurisd. Eccl. cap. 2. §. 5. dice.* & 6. Dn. Fleischer *c. l. lib. 3. cap. 1. §. 17.* In casu ergo di-  
vortii inter Protestantes aliter statui non potest, quam quod ipse Princeps in causa sua judex sit, & divortium decernere possit, quod absonum videri nequit, quia gentes quoque inter se in propria causa Judices sunt. Interim ne ab adversa parte, vel quoque ab aliis postuletur perversæ philavtiæ, ac quod injustè in causa sua judicaverit, etiam hic jure sibi competente cedit, & decisionem causæ suæ aliis submittit, constituendo nempe vel extraordinarium judicem, vel, relaxato Consiliariis suis juramento, data illis facultate, super justitia causæ sine respectu personæ pronuntiandi, quorum pronuntiatum se ratihabitorum esse promittit. Dn. Böhm. *lib. 1. tit. 28. §. 41. lib. 2. tit. 2. §. 17.* Ludovici *in der Einl. zum Consist. Proc. cap. 6. §. 29.* Fleischer *lib. 3. cap. 4. §. 8. seqq.*

LX. Post templorum exstructionem Parochiæ quoque *Quid Pa-* suam originem acceperunt, quæ sunt districtus suis limitibus *rochia ?* distincti, & parochi, velut proprium territorium, assignati, ut populus intra illos ecclesiam frequentet, sacra, & quæ huc pertinent, ibi peragat, & onera quædam subeat. Germanis Parochia dicitur ein Kirchspiel, Pfarre, & Parochianus ein Eingepfarter. Judicatur talis esse ex domicilio. Unde quæ ad *Quis Pa-* forum domicilii constituendum requiruntur, etiam in con- *rochianus?* stituendo parochiano observanda veniunt. Petr. Schultz *de eo quod just. est circa Parochianos cap. 2. §. 17. seqq.* Dn. Böhm. *de Nexu Paroch. & Parochian. cap. 2. §. 4. seqq.* Eo consti-  
tuto,



tuto, inter parochum & illum aliqua relatio occurrit, ut neuter absque altero esse possit, & alter erga alterum respectum habeat, parochus quidem, ut erga parochianos curam facrorum agat, hi ut parochum suum adeant, & ab eo sacra accipiant, cæterum in ejus gratiam onera quædam subeant, v. gr. jura stolæ exsolvant, de quibus & pluribus huc pertinentibus pleniore apparatu actum vide ab Illustr. Böhmero *de Jure Paroch. Sect. 2. seqq. Schultzio d. l. cap. 5.*

*Princeps* LXI. Cum omnia hæc ab instituto humano proveni-  
*non nisi* ant, palam est, Principem nulli Parochiæ adscribi posse. Fi-  
*sponte fit* nium enim & templorum determinatio a superiore civitatis,  
*alicujus* in qua parochiæ sunt, dependent, Princeps ergo, qui solus  
*ecclesiæ pa-* supremus in suo territorio est, & ad executionem jurium  
*rochianus.* parochialium solus quoque brachium suum seculare suppe-  
 ditat, ad certam parochiam trahi, & legibus parochialibus  
 subjeci nequit. Dn. Böhm. *d. Tr. Sect. 2. cap. 1. §. 21. Flei-*  
*scher c. l. lib. 1. c. 34. §. ult.* Quod si fiat, & Princeps sibi  
 proprios sacerdotes aulicos constituat, postquam hi etiam  
 jus quoddam parochiale sibi vindicent, & is eorum sacris in-  
 terfit, aut si proprium sacerdotem habere nolit, sed hujus  
 vel illius sacris vacet, ex mero arbitrio hoc fieri, & sponte  
 se parochianum illius ecclesiæ profiteri palam erit. Böhm.  
*Sect. 3. cap. 2. §. 31.* Idcirco autem ad onera quoque, quæ  
 parochianis subeunda sunt, & in ordinationem, investituram  
 ministri ecclesiæ, aut reparationem ecclesiæ, vel ædium paro-  
 chialium fieri debent, sponte se obligaturus esset.

*Fidem* LXII. Ad casus huc referendos pertinent quoque contra-  
*in contra-* ctus, in quorum promissis servandis nihil præcipuum habet  
*ctu datam* Princeps præ subditis. Videri tamen potest, quod ad implendam  
*servat ex* datam fidem non sponte, sed ex vinculo juris naturæ accedat,  
*jure natu-* quod jubet servare promissa *L. 1. ff. de pact.* cum, pacto inito, jus  
*ra.* nostrum in alium transtulimus, quod rursus eripere ipsi non est  
 licitum. Qui pollicitis stare recusat, omnem convictum huma-  
 num tollit, diffidentiam inter homines excitat, & DEo exosus  
 redditur. Conring. *ad Machiavel. de Principe cap. 18. §. 10. Puf.*  
*lib.*

*lib. 3. cap. 5. §. 9. 10. 11.* Ad hoc, ut Princeps in contractu datam fidem servet, sine discrimine conditionis hominum obligatus est, & sic etiam quando cum subditis suis contraxit. *Rhet. in Instit. Jur. publ. lib. 3. tit. 6. §. 1.* Ut enim subditum secum contrahentem sibi vult esse obligatum, ita & ipse suo subdito fit obligatus, nam nec cum Principe contractus claudicare debet, cum nemo alias facile cum eo contracturus esset. *Christinaus Vol. 1. Dec. 9. n. 8.* Hoppe *de Contractu claudicante cap. 1. §. 6. seqq.*

LXIII. Verum ultimum est, ad quod in primis in contractu respicitur, adimpletio datæ fidei. Præter eam adhuc alia sunt, *Alia autem con-* quæ Princeps observari vult a privatis, ipse vero non, nisi spon- *tractuum* te, ad ea obligatus esse. Fac: illum præscripsisse certam contra- *capita, que* hendi formam v. gr. ne aliter, quam in scriptis emptio venditio *sua lege* celebretur; ne ad decennium locatio conductio fiat; usuræ, licet *præscri-* successivè solutæ, non ultra alterum tantum currant; ut tacitum *psit, tan-* pignus nullum juris effectum habeat, ac pœnam nullitatis adje- *tum sponte* cisse, si huic legi contraventum fuerit. Nulli dubitamus, ad ob- *servat.* servandam hanc contrahendi formam Principem non obliga- tum esse, sed, ea neglecta, tamen ejus contractum vim suam ha- bere, quia supra legem suam est, qua illam præscriperat formam. Interim si ad eam se componat, sponte hoc facit, non ex tunc legis necessitate. Nempe, quia hactenus varias contrahentium corrupelas observaverat, quod, quando emptio sine scriptura celebrata, plures, contra intentionem alterius, ab eo postulatæ fuerint conditiones; ex locatione longi temporis utile domini- um prætensum fuerit; quod usuræ ultra alterum tantum, ad emungendum debitorem tendant, præsertim calamitioso tempore; prætensum pignus tacitum in concursu creditorum difficultatem induxerit &c. persuasus æquitati convenire, ut ad abusus hujusmodi tollendos legem daret contrahentibus, quam observantes minus læsuri sint alterum. *conf. Kresl Diff. de Æquitate cap. 1. §. 18. & cap. 3.* Hæc æquitas tantopere valet apud ipsum Principem, ut, bono erga alios exemplo, juxta datam a se legem, contractus suos quoque instituat. Quin & si dubitet, an contractus suus huic æquitati conveniat, paratus est arbitrorum cognitionem adhibere, & ostendere, quod animum habeat, pari respectu justitiam excolendi, etiam apud inferiores. LXIV.

*Vindica-* LXIV. Ne scœminæ, pro aliis fide jubentes, ex muliebri fa-  
*tur usus* cilitate lædantur, quando ad solvendum creditori pro debitore  
*SCti Vel-* principali cogentur, consultum illis est Jure Romano per  
*lejani.* dictum Vellejanum, ex quo actionem creditoris per exceptio-  
nem dicti SCti excludere, aut, si fortè per errorem solverint, so-  
lutum per conditionem indebiti à creditore repetere possunt *t.*  
*t. ff. & C. ad SCt. Vellej.* Exiguum quidem usum hujus SCti in foris  
Germaniæ superesse putat B. Thomasius *Disp. de Usu exiguo SCti*  
*Vellej. in for. German.* quia non omnibus scœminis ea est rationis  
infirmitas, ut deciperentur, nam ab illis etiam masculos decipi,  
quibus tamen SCto Vellejano non succurritur, & scœminas quoq;  
a scœminis decipi, attamen deceptas contra decipientes dicto  
SCto uti. Præterea commerciorum necessitatem, quæ datam cre-  
ditori fidem servare jubet, non permittit, scœminam mercatri-  
cem arguere imprudentiæ vel ingenii lubricitatis. Verum quod  
ob has rationes casus excipi possint, in quibus scœminæ ab auxi-  
lio dicti SCti excluduntur; quod ipso quoque Jure Romano casus  
excepti reperiantur, si nempe scœmina dolose egit, si pretium pro  
sua intercessione accepit, in suam utilitatem fidejussit, delibera-  
to animo dicto beneficio renuntiavit, de quibus casibus videri  
potest *Disp. Dn. Böhmeri de Efficaci mulieris intercessione & no-*  
*stra Diff. ejusdem Rubricæ,* non est quod dubitetur? interim ratio,  
quæ promovit dictum SCtum, nondum hodie evanuit, & pleris-  
que scœminis commune est, quod sint consilii inopes, infirmioris  
judicii, quam masculi, sæpe contra propria commoda laborantes  
& idcirco magis infirmitas ac fragilitas in sexu, quam in una vel  
altera scœmina præ masculis depræhenditur. *L. 9. pr. ff. de Fur. &*  
*fact. ignor. L. 2. §. 2. ff. ad SCt. Vellej. L. 1. §. 10. ff. ad SCt. Turpill. L. 5.*  
*§. 1. C. ad L. Jul. Majest.* ut ob eam in contractu fidejussionis faci-  
le quoque lædi queant. Hæc proinde ratio cum in scœminis non-  
dum cesset, in contrarium prolata sententia: in foris judicialibus  
scœminis hodie non amplius tribui dicti SCti beneficium, nec sal-  
va stare potest. Pro observantia contrariæ sententiæ militant ce-  
leberrimi in Germania Practici, è quorum numero tantum no-  
minandi Rauchbar *Qu. jur. 34.* Berlich *P. 2. Concl. 19.* Francus *de*  
*Fidejussor. cap. 2. n. 147. seqq.* Köppen *Usu Pr. Inst. lib. 2. Observ. 27.*  
*n. 11. seqq.* Zanger *de Except. P. 3. cap. 11.*

LXX.

LXV. Quia vero in sexus foemini gratiam dictum beneficium introductum, eo uti possunt foeminae sine discrimine standent etiam tus & conditionis suae, & sic etiam Reginae, aliaque Illustres summo imperio praeditae. Contraria quidem quoad has personas alia cum sententia non destituitur Patronis, qui sunt. Hering. *de Fidejuss. imperio cap. 7. n. 5. 10.* Carpz. *P. 2. Const. 15. def. 9.* Struv. *in Syntagm. Jur. civ. foeminae, Exerc. 21. th. 12. inf.* & alii, quia virilia negotia haec foeminae sustinent, pro tribunali sedent, legatos mittunt, & in omnibus Consiliarium adstantia utuntur, ut ad fragilitatem sexus haut commodè provocare possint, sed id, si fieret, contra earum dignitatem cessurum esset. Unde is quoque, qui fidem earum secutus, non statum muliebrem in illis respexit, sed dignitatem regalem, per omnia virili administrationi aequalem. Verum cum in his foeminis exceptio in Jure fundata non sit, ac Illustres foeminae jure quoque privatarum utantur, non videri potest, illas a beneficio Scto Vellejani esse excludendas. Cum etiam exempla talium foeminarum reperiantur, quae ad tutelam liberorum suorum admissae, huic Scto renuntiare fuerunt adstrictae, parum securitatis habere videretur ille, qui, non interposita renuntiatione ejus, cum tali foemina contractum fidejussionis initurus esset. Stryk. *in Usu Mod. ff. rit. ad Sctum Vellej. §. 7. & de Tutela materna Princ. Imp. cap. 2. §. 6. seqq.* Lauterb. *Concl. Th. Pr. Exerc. 28. Concl. 19.* Müller *ad Struv. d. th. 12. inf.* Suppono jam: foeminam regentem alicui benè consulere voluisse, & pro eo apud creditorem suum intercessisse, si fecerit hoc, & juri suo, i. e. Scto Vellejano juxta *L. pen. C. de Pact. L. ult. §. pen. ff. de Scto Vellej.* Gail. 2. O. 77. Lauterb. *Coll. Th. Pr. d. r. §. 24.* & ibi plures citatos Dd. renuntiaverit, exemplum hoc erit, ipsam se legibus humanis subjecisse.

LXVI. Etiam circa ultimas voluntates se Principem dictis legibus subicere exempla sunt. Institutus ille est in imperfecto ex imperfecto testamento, vel quidem in perfecto, sed litis causa, in praedictum testamento creditorum, ne tam potenti adversario litem movere audent. Priori casu prius perfectum testamentum ruptum non erit, & in posteriore, ne id invidiam Principi conciliet, omnis vis ejus corruet, ut ut possit ex plenitudine potestatis suae dictis testamentis robur infundere, nam mavult secundum leges vivere

G

S. fin.

*J. fin. J. Quib. mod. testam. infirm. L. pen. ff. de hered. instit. Manz. de Testam. val. & inval. tit. 6. qv. 7. n. 36. Stryk. in Caut. testam. cap. 5 M.*

*Cedit ex- 8. §. 175. seqq.* Si Princeps in testamento inofficioso institutus est *cluso de inheres, & filius ibi a patre testatore inique exclusus querela testa-* officioso a- *menti inofficiosi agat, hujus juri cedit. L. 8. §. 2. ff. de Inoff. testam.* genti. *ne ex lachrymis liberorum videatur velle locupletari. Nec hic*

*est, ut caremus parcere Principis pudori, cum non oneretur per querelam inofficiosi, quæ non in heredis, sed in defuncti personam & in testamentum ejus dirigitur, quamvis contra ipsum heredem instituat. Anton. Faber in Rational. add. L. 7. §. 2.*

*Oneri-* LXVII. Porro Princeps æquè, ut alius privatus, in onera *bus heredi-* hereditatis succedit *L. 60. §. 1. ff. de Cond. & demonst. non tantum si* *tariis se* in testamento heres institutus fuit, sed & si ab intestato, ut *subjicit.* *ultimus hæres, bona vacantia fisco suo vindicat. Talia enim onera rei*

*coherent, quæ sicut ad quemvis successorem transeunt, ira & ad fiscum L. 16. in f. ff. de his que ut indign. L. 11. ff. de Jure Fisci nec prius, quam deductum fuit æs alienum, bona intelliguntur d. L. 11. L. 39. §. 1. ff. de V. S. Mev. ad Jus Lubec. P. 2. tit. 2. art. 18. n. 55. & 81. Hinc nullo quoque privilegio fiscus, præterquam in calibus in jure expressis L. 3. C. de Fiscal. usur. adversus creditores gaudet, quia favorabilior est eorum causa, qui agunt de damno vitando, quam illorum, qui de lucro captando L. 37. ff. de Jure Fisci L. un. C. de Pæn. fiscal. L. fin. in f. C. de Acquir. vel omitt. hered. Meyer in Coll.*

*Falcidie Argent. tit. de Jure fisci §. 8. n. 8.* Si in testamento Principi ultra *ex suo le-* dodrantem legatum, patitur, ut hæres ab eo falcidiam detrahat, *gato locum* nam in toto jure dignitas legatarii non obstat heredi, quo minus *relinquit.* falcidiam detrahere possit *L. 1. §. 5. ff. L. 4. C. ad L. Falcid.* quæ non tantum in solatium testatorum introducta, ne anxii moriantur, fore, ut fiat eorum testamentum destitutum, si nullum lucrum heredi ex eo obveniat, sed & in gratiam heredum, ut parati sint ad adeundam hereditatem *pr. J. L. 71. ff. d. t. Nov. 1. in f. vid. Henel. ab Hennenfeld. in Otio Vratislav. cap. 6. p. 43.*

*Nibil* LXVIII. Huc usque argumentum tractavimus: quod non *argumento* in omnibus ex plenitudine potestatis suæ Princeps procedat, sed *tractato* & humanis legibus se subjiciat, sponte tamen & absque ulla *detrabitur* prioris coactione, ut ad exemplum suum eo magis subditos *provocet,*

vocet, vivendi juxta præscriptas leges suas. Nihil hac sententia *sanctita-*  
*detractum* erit sanctitati Principum. Eam gentiles ex nimia *veti Princi-*  
*neratione* aut adulatione tribuendam esse statuebant Imperato-  
*pum.*  
 ribus, postea etiam christiani Imperatores cum sanctitate qua-  
 dam haberi volebant, ut cum omni submissione inspice-  
 rentur, & ejus violatio, si non in sensu vocis proprio, attamen  
 politico, sacrilegium diceretur. Dn. Joh. Sam. Frid. Böhmer *de va-*  
*riis sacrilegii speciebus ex mente, Fur. Civ. §. 40. seqq.* Videri equi-  
 dem posset, in eo ab hoc sacrilegio non excusatos nos fieri, quod  
 juxta leges Romanas disputare vel sentire velle adversus pote-  
 statem Principis illud crimen involvat *L. 5. C. de Divers. rescript.*  
*L. 3. & 4. C. de Crim. sacril.* Mev. *Consil. 102. n. 1. & 2.* & a nobis hoc  
 loco id factum reperiri asserto: Principem decere a sua potestate  
 abstinere. Enimvero re rectius considerata constabit: nihil hic de  
 potestate Principi competente in dubium vocatum, aut ei ulla  
 ex parte derogatum esse. Magis potestas illa, ut est, in suo fasti-  
 gio, hic exhibitā, & dictum: quod eam interdum in actum non  
 deducat Princeps, eaque sponte non utatur, quando legibus suis  
 se convenientem exhibet. Ostensum hic, quid Principi ex ipsa sibi  
 competente potestate placeat. Cum autem in dubiis casibus de  
 Principis voluntate disputare non nefas sit, ne alias cum læsione  
 tertii pro ejus voluntate accipiatur, quod non est Brunn. *Consil. 1.*  
*n. 158. seqq.* nefas multo minus erit, aut pro sacrilegio reputandum,  
 docere & publicè profiteri, quod indubitata voluntatis ejus est.

LXIX. Coronidem imponat: ut suo exemplo summus Prin- *Ad exem-*  
 cept per observantiam legum suarum intendit promovere salu- *plum Pr.*  
 tem Reipublicæ, ita ad eam promovendam benè facere sub alter- *inferiores*  
 num & inferiorem magistratum, si sibi in multis præsubditis suis *magistra-*  
 indulta prærogativa non utatur, sed ipsum se illis æquet ac pariat. *tus, ut i-*  
 A legibus sumtuariis, quibus subditis imponitur modus in vesti- *dem apud*  
 ta, in superfluo ciborum, maximè epularum rariorem, apparatu, *subditos su-*  
 ædificiis ad ostentationem exstructis, famulorum, equorum ac *os faciant,*  
 rhedarum exuberante numero, suppellectile aurea & argentea, *movendi.*  
 alioque ad ostendendum luxum ac pompam splendore, exem-  
 ptionem interdum habere magistratus inferior sibi persuadet,  
 ut, licet alii ob illarum legum transgressionem pœnis obnoxii

fiant, immunitatem ab illis habere prætendat, quasi leges illæ non datæ sint ipsi. Posito autem, quod ob status dignitatem non invidenda sit illi aliqua prærogativa, monitus tamè exemplo sui Principis, ut eam temperet, & nihil faciat, quod ad proprium & civitatis incommodum spectare potest. Ab illa enim a subalterno magistratu in dictis adscita prærogativa apud cives suos sequi solet legum despicientia, qui, si maximè in pecunia robur habere intelligunt, vereri nil posse existimant, quo minus eandem cum magistratu delicatam vitam instituant.

*Mala* LXX. Sed incauti adhuc, ad quem exitum luxuria eorum ex contemptu legum autem succisis, quid tributis, a civibus Principi solvendi, exspectari potest? ubi tributis est inopia, in eam necessitatem præcipitatur sumptuariarum infrequentia. civitas, ut æri alieno contrahendo exponatur. Post bonorum dissipationem, cives Principi & civitati molesti fiunt. Dum rem afflictam restaurare conantur, ad ejus liberalitatem confugiunt, munera cauponantes, omniaque in quæstum suum vertere allaborantes. Hæc mala sunt, & adhuc majora, quæ ex contemptu legum sumptuariarum sequuntur. Sed præcaveri ab inferiore magistratu potuissent, si statim, quæ illis contraria visâ, suo exemplo eradicasset. Si inter turpia helluationes & luxuriantia convivia retulisset, ad necessitatem familiæ famulorum numerum redigisset, in ædibus exstruendis suppellectilè & exotica ornamenta importari prohibuisset, vestium elegantiam & decorem ministris aula Principum reliquisset, pro abundante aurea & argentea suppellectile patrimonium liberorum auxisset, aut de vi suarum opum in auxilium miserabilium personarum subvenisset, aut si alio laudabili instituto usus fuisset, cives suos ad majorem virtutis imitationem facile comovere potuisset. Illi quoque, quando tempora nubila inceserint, in sui & civitatis sufficientiam a frugaliore vita conservati erunt. vid. Pufend. *Disi. Academ. select. de Leg. sumtuar. §. 11. seq.* A tali frugalitate, hinc tenaci legum sumptuariarum observantia, populum fœderati Belgii laudat, atq; hanc prudentem œconomiam inter causas, quod ille in felici & florente statu conservetur, collocat Autor des Politisch. *Staats von Europa P. 1. cap. 8. p. 297. seq. Tantum.*

Ms 1054

ULB Halle

3

005 712 327









49  
SAM. FRID. WILLENBERGII D.  
JURIS ET HISTORIAR. PROFESSORIS  
ET ATHENAEI GED. INSPECTORIS

DE

1742  
**PRINCIPE**  
**HUMANIS LEGIBUS**

SOLUTO,

21  
Hs 1054  
SED

ILLIS SE SUBMITTENTE.

**DISSERTATIO JURIDICA.**

*GEDANI,*

TYPIS ET IMPENSIS THOMÆ JOHANNIS SCHREIBERI  
MAGNIFICI SENATUS ET ATHENÆI

TYPOGRAPHI.

M D C C X L I I

